M. 1

F 5189

$200.

LC 14
19

De Ricci 8

THE FREE LIBRARY
OF PHILADELPHIA

GIFT OF
HAMPTON L. CARSON

.
ris.
sie.
orie (et tumbrilli).
 de mercatoribus
s de banco.
toribus terrarum.
.
ilworth

vasti
rde et relief (Gallice).
nendi brevia.
s brevia
a.

m

m.
stardia

ge & comprehensive collection compar
he several MSS. of this period in t
tutes such as Provisiones de herit

STATUTES. MS. on vellum. 7 1/8 x 5, 172 ff., 32 ll., written in Latin and Norman French in the XIV th Cent. with notes and corrections in XVth cent. hand. Initials painted in red and blue with fine & delicate pen-work, the first one illuminated with gold. 2 ff. (sign (f) 4 and 7) wanting. Bound in vellum, blind stamped.

Collation a 10 b 8 c 12 d 6 e 12 f 10 g-u 8 x 2.

<u>Contents:</u>

Fol. 1. Magna Carta
5. Carta de Foresta
7. Sententia de Foresta
8. Westmonsterii primum
11. Stat. de Merton
14. Articuli super Magnam Cartam (Gallice)
18. Westmonsterii secundum
39. Stat. de Marleberge
44. Stat. de Gloucester
47. Explanationes Gloucestris.
47b. Stat. Quia Fines
48. Stat. Westmon. quartum.
49. Stat. de Bigamis.
50. Stat. Berwyke. (Gallice)
50. Stat. de advocatione ad Warantum. ← 51 Stat. de militibus
{52. Stat. de Francoplegio (wanting). } f. 4
{52. Stat. Exon. (wanting).
53. Articuli Exon. (1 l. (f. 7) wanting.
56. Stat. de Justiciariis assignatis
56b. Modus calumniandi essonia
57. Modus faciendi homagium... 55a Homage in French
58. Extenta manarii
59. Stat. circumspecte agacis.
60. Stat. de mercatoribus French
61. Stat. de eodem per emend.
63. Stat. de Wyndesore
64. Stat. quo waranto magni
65. Stat. quo waranto nomin.
66. Stat. quo waranto vetus.
66. Stat. de Winton
68. Stat. Scaccarii
71. Distributiones eiusdem
71. Stat Scaccarii novum.
73. Stat. Ragemen
73. Stat. Provisio de heritibus
74 St. de Religiosi
75. Regia prohibitio.
76. Just. de Foresta
77. Assisa foresta
78. Capitula eiusdem
80. Stat. de Regardo fatiendo.
82. Stat. de compositione moneta
82. Stat. de moneta.
83. Articuli eiusdem.
84. Capit. que tangunt coronam.

85. Assisa panis.
86. Lucrum pistoris.
87. Assisa cervisie.
87. Iudicum pillorie
88. Nova custume de
91. Dies communis de
92. Stat. de empori
94. Stat. Wallie.
102. Edict. Kenillwo
108. De hiberna.
108. De actione vast

86. Assisa panis.
86. Lucrum pistoris.
87. Assisa cervisie.
87. Iudicum pillorie (et tumbrilli).
88. Nova custume de mercatoribus
91. Dies communis de banco.
92. Stat. de emptoribus terrarum.
94. Stat. Wallie.
102. Edict. Kenillworth
108. De hiberna.
108. De actione vasti
109. Stat. de garde et relief (Gallice).
110. Modus componendi brevia.
115. Ad cassandis brevia
121. Cadit assisa.
129. Fet asaver
143 Magnam Hengham
161 Parvum Hengham.
166. Summa de Bastardia
171 Capitula.

An unusually large & comprehensive collection comparing very favourably with the several MSS. of this period in the Br. Mus. There are some Statutes such as Provisiones de heriibus, Stat. de Regardo fatienda, which seldom appear in these collections, while it is notable that among the omissions in the above MS. is Westmonsterii tertium.

85. Assisa panis.
86. Lucrum pistoris.
87. Assisa cervisie.
87. Iudicum pillorie (et tumbrelli).
88. Nova custume de mercatoribus
91. Dies communis de banco.
92. Stat. de emptoribus terrarum.
94. Stat. Wallie.
102. Edict. Kenilworth
106. De hiberna.
108. De actione vasti
109. Stat. de garde et relief (Gallice).
110. Modus componendi brevia.
115. Ad cassandis brevia
121. Cadit assisa.
129. Pot assaver
143 Magnam Hengham
161 Parvum Hengham.
166. Summa de Bastardia
171 Capitula.

An unusually large & comprehensive collection comparing very favourably with the several MSS. of this period in the Br.Mus. There are some Statutes such as Provisiones de heritibus, Stat. de Regardo [illegible], which seldom appear in these collections, while it is notable that among the omissions in the above MS. is Westmonasterii tertium.

Edwardus dei gra Rex Angl Dns Hibn & Dux Aquit
Omnibz ad quos psentes lre puenerint saltm
Inspeximus magnam cartam dni .H. quondam Reg
Angl pris nri de libertatibz Angl in hec uerba
Henricus dei gra Rex Angl Dns Hibn Dux Norm
Aquitannie & Comes Andegauie. Archiepis Epis
Abbatibz Prioribz Comitibz Baronibz Vicecomitibz
Prepositis ministris & omibz Ballis & fidelibz suis psentem car
tam inspecturis saltm Sciatis qd nos intuitu dei & p salute ani
me nre & animar antecessor & successor nror ad exaltacoem sce
eccie & emendacoem regni nri spontanea & bona uoluntate nra
dedimus & concessimus Archiepis Epis Abbatibz Prioribz Comitibz
Baronibz & omnibz de regno nro has libertates subscriptas tenend & habend
in regno nro Angl imppetuum. In primis concessimus deo & hac I
psenti carta nra confirmauimus p nob & heredibz nris imppetuum
qd ecclia Anglicana libra sit & habeat oia iura sua integra & liberta
tes suas illesas Concessimus etiam & dedimus omnibz libis homibz
Regni nri p nobis & hedibz nris imppetuu has libertates subscriptas tene
das & habendas eis & hedibz suis de nobis & hedibz nris imppetuum.
Si quis Comitum vel Baronum nror siue alior tenencium de II
nobis in capite p seruicium militare mortuus fuit & cum decess
rit heres eius plene etatis fuit & releuium debeat habeat
hereditatem suam p antiquum releuium. scilt heres vel heredes
Comitis de Comit integro p centu libras heres vel heredes de Ba
ronia integra p centu marcas heres vel heredes militis de feo
do militis integro p centu solidos ad plus & qui minus ha
buerit minus det scdm antiquam consuetudinem feodor
Si autem heres alicui talium infra etatem fuit. dns eius no III
habeat custodiam eius nec terre sue antequam homagium eius ceperit
& postea talis heres fuit in custodia cum ad etatem puenerit
scilicet uiginti & unius anni habeat hereditatem suam sine

relevio et sine fine. Ita tamen quod si ipse dum infra etatem fuerit fiat
miles. nichilominus terra remaneat in custodia dominorum suorum usque ad

IIII terminum predictum. Custos terre huiusmodi heredis qui infra etatem fu
erit non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus et rationabiles con
suetudines et rationabilia servitia et hoc sine destructione et vasto homi
num et rerum. Et si nos commiserimus custodiam alicuius talis terre vicecomiti
vel alicui alii qui de exitibus terre illius nobis debeat respondere
et ille de custodia destructionem vel vastum fecerit nos ab eo capie
mus emendam et terra committatur duobus legalibus hominibus et discretis de
feodo illo qui de exitibus terre illius nobis respondeat vel illi cui
illos assignaverimus. Et si dederimus vel vendiderimus alicui custodi
am alicuius talis terre et ille inde destructionem fecerit vel vastum
amittat illam custodiam et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus
de feodo illo qui similiter nobis respondeat sicut predictum est.

V Custos autem quamdiu custodiam terre huiusmodi habuerit sustentet
domos parcos vivaria stagna molendina et cetera ad terram illam
pertinentia de exitibus terre eiusdem et reddat heredi cum ad plenam eta
tem pervenerit terram suam totam instauratam de carucis et de omnibus
aliis rebus ad minus sicut illam recepit. Hec omnia observentur de custodi
is archiepiscopatuum episcopatuum abbatiarum prioratuum ecclesiarum et dig
nitatum vacantium que ad nos pertinent excepto quod custodie huius

VI modi vendi non debent. Heredes maritentur absque disparagatione.

VII Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate aliqua
habeat maritagium suum et hereditatem suam nec aliquid det pro dote sua
nec pro maritagio suo vel pro hereditate sua quam hereditatem maritus et
ipsa tenuerunt die obitus ipsius mariti sui et maneat in capitali
mesuagio mariti sui per quadraginta dies post obitum mariti sui
infra quos dies assignetur ei dos sua nisi prius fuerit ei assignata
vel nisi domus illa sit castrum. Et si de castro recesserit statim
provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari quousque
dos sua ei assignetur secundum quod predictum est. Et habeat rationabile estoverium
suum interim de communi. Assignetur autem ei pro dote sua tercia pars totius

tere mariti sui que sua fuit in vita sua. nisi de minori fuit dotata
ad hostium ecclesie. Et nulla vidua distringatur ad se maritandum dum
voluerit sine marito. ita tamen quod securitatem faciat. quod se non ma
ritabit sine assensu nostro si de nobis tenuerit vel sine assensu domini
sui si de alio tenuerit. Nos vero vel ballivi nostri non seisiemus terram VIII
aliquam vel redditum pro debito aliquo quamdiu catalla debitoris presen
cia sufficiunt ad debitum reddendum. et ipse debitor paratus sit in
de satisfacere. nec plegii ipsius debitoris distringantur quamdiu ipse
debitor capitalis sufficit ad solucionem ipsius debiti. Et si capi
talis debitor defecerit in solucione debiti non habens unde reddat aut red
dere noluerit cum possit. plegii respondeant de debito. Et si volue
rint. habeant terras et redditus debitoris quousque sit eis satisfactum de
debito quod ante pro eo solverint. nisi capitalis debitor monstraverit
se inde esse quietum versus eosdem plegios. Civitas Lon IX
don habeat omnes libertates suas antiquas et consuetudines suas.
Preterea volumus et concedimus quod omnes alie civitates et burgi et vil
le et barones de quinque portubus et omnes portus habeant omnes lib
ertates suas et liberas consuetudines suas. Nullus distringatur X
ad faciendum maius servicium de feodo militis nec de alio libero ten
emento quam inde debetur. Communia placita non sequantur curiam nostram XI
set teneantur in aliquo loco certo. Recogniciones de nova disse XII
sina et de morte antecessoris non capiantur nisi in comitatibus suis et hoc
modo. Nos vel si extra regnum fuerimus capitalis justiciarius noster mittemus
justiciarios nostros per unumquemque comitatum semel in anno. qui cum militibus
comitatuum capiant assisas predictas in comitatu. Et illa que in illo adventu suo
in comitatu per justiciarios nostros predictos ad dictas assisas capiendas missos ter
minari non possunt. per eosdem terminentur in itinere suo. Et ea
que per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non possunt.
referantur ad justiciarios nostros de Banco et ibi terminentur. Assisa de XIII
ultima presentacione semper capiantur coram justiciariis de Banco et ibi ter
minentur. Liber homo non amercietur pro parvo delicto nisi secundum XIIII
modum ipsius delicti et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti.

salvo contenemento suo. Et mercator eodem modo salva mercandisa sua
et villanus alterius quam noster eodem modo amercietur salvo waynagio suo
si inciderit in misericordiam nostram. Et nulla predictarum misericordiarum ponatur nisi per
sacramentum proborum et legalium hominum de visneto. Comites vel barones
non amercientur nisi per pares suos et non nisi secundum modum delicti.
Nulla ecclesiastica persona amercietur secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici
XV. set secundum laycum tenementum suum et secundum quantitatem delicti. Nec
villa nec liber homo distringatur facere pontes ad riparias nisi
XVI. qui ab antiquo et de iure facere debent. Nulle riparie decetero
defendantur nisi ille que fuerunt in defenso tempore H. regis avi nostri per
eosdem terminos et eadem loca sicut esse consueverunt tempore suo.
XVII. Nullus vicecomes, constabularius, coronator vel alii ballivi nostri tene-
XVIII. ant placita corone nostre. Si aliquis de nobis tenens laicum feodum
moriatur et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de
summonicione de debito quod defunctus nobis debuit. Liceat
vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et imbreviare omnia bona et catalla
defuncti inventa in laico feodo ad valenciam illius debiti per visum
legalium hominum. Ita tamen quod nichil inde amoveatur. Donec per-
solvatur nobis debitum quod clarum fuit, et residuum relinquatur executo-
ribus ad faciendum testamentum defuncti. Et si nichil nobis debeatur ab
ipso, omnia catalla cedant defuncto salvis uxori eius et pueris ipsius
XIX. racionabilibus partibus suis. Nullus constabularius vel eius ballivus
capiat blada vel alia catalla alicuius qui non sit de villa ubi castrum
situm est nisi statim reddat denarios inde aut respectum inde
habere possit de voluntate venditoris. Nullus constabularius dis-
tringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri si ipse
eam facere voluerit in propria persona sua vel per alium probum hominem
non faciat. Si ipse eam facere non possit propter racionabilem causam. Et
si nos adduxerimus vel miserimus eum in exercitum, erit quietus de
custodia secundum quantitatem temporis quo per nos fuit in exercitu de
XX. feodo pro quo fecit servicium in exercitu. Nullus vicecomes vel ballivus
noster vel aliquis alius capiat equos vel carectas alicuius pro cariagio

Si autem de villa ipsa fuerit infra quadraginta dies precium solvatur

faciendo nisi reddat liberacionem antiquitus statutam. scilicet pro caretta
ad duos equos. decem denarios per diem. et pro caretta ad tres
equos quatuordecim denarios per diem. Nulla carecta dominica alicuius perso-
ne ecclesiastice vel militis vel alicuius domine capiatur per ballivos predictos.
Nec nos nec ballivi nostri nec alii capiemus boscum alienum ad castra vel
ad alia agenda nostra nisi per voluntatem ipsius cuius boscus ille fuit.
Nos non tenebimus terras illorum qui convicti fuerint de felonia nisi per XXI.
unum annum et unum diem et tunc reddantur terre ille dominis feodorum. Omnes XXII.
kidelli decetero deponantur penitus per Tamisiam et Medewayam et
per totam Angliam. nisi per costeram maris. Breve quod vocatur Precipe XXIII.
decetero non fiat alicui de aliquo libero tenemento unde liber homo perdat cu-
riam suam. Una mensura vini sit per totum regnum nostrum et una mensura XXIIII.
cervisie et una mensura bladi. scilicet quarterium London et una la-
titudo pannorum tinctorum / russettorum / et haubergettorum. scilicet due ul-
ne infra listas. De ponderibus vero sit sicut de mensuris. Ni- XXV.
chil decetero detur pro brevi inquisicionis ab eo qui inquisicionem petit de
vita vel de membris. set gratis concedatur et non negetur. Si ali- XXVI.
qui teneat de nobis per feodi firmam vel per socagium / vel burgagium
et de alio teneant terram per servicium militare / nos non habebimus
custodiam heredis nec terre sue que est de feodo alterius occasione illius
feodi firme vel socagii vel burgagii / nec habebimus custodiam
illius feodi firme vel socagii vel burgagii. nisi ipsa feodi firma
debeat servicium militare. Nos non habebimus custodiam heredis vel
alicuius terre quam tenet de aliquo alio per servicium militare occasio-
ne alicuius parve serjantie quam tenet de nobis per servicium redden-
di nobis cultellos vel sagittas vel huiusmodi. Nullus ballivus XXVII.
ponat aliquem ad legem manifestam. nec ad iuramentum sim-
plici loquela sua sine testibus fidelibus ad hoc inductis. Nul- XXVIII.
lus liber homo capiatur aut imprisonetur aut disseisiatur de libero
tenemento suo vel libertatibus / vel liberis consuetudinibus suis / aut utlagetur
aut exuletur aut aliquo modo destruatur. nec super eum ibimus / nec
super eum mittemus / nisi per legale iudicium parium suorum / vel per

legem terre. Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus
XXIX. rectum vel iusticiam. Omnes mercatores nisi publice ante prohi
biti fuerint habeant salvum et securum conductum, exire de Anglia et
venire in Angliam et morari et ire per Angliam tam per terram quam per a
quam, ad emendum vel vendendum sine omnibus toltis malis per
antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore guerre. Et
si sint de terra contra nos guerrina, et tales inveniantur in terra
nostra in principio guerre, attachientur sine dampno corporum vel rerum,
donec sciatur a nobis vel a capitali iusticiario nostro quomodo mercato
res terre nostre tractentur qui tunc invenientur in terra illa contra nos
guerrina, et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra.
XXX. Si quis tenuerit de aliqua escaeta sicut de honore Wallingeford,
Bolonie, Notingham, Lancastre, vel aliis escaetis que sunt in
manu nostra et sunt baronie, et obierit, heres eius non det aliud re
levium, nec faciet nobis aliud servicium quam faceret baroni si illa esset
in manu baronis, et nos tenebimus eodem modo eam quo baro eam
tenuit. Nec nos occasione talis baronie vel escaete habebimus aliquam escaetam
vel custodiam aliquorum hominum nostrorum nisi alibi de nobis tenuerit in
XXXI. capite ille qui tenuit baroniam vel escaetam. Nullus liber homo
det decetero amplius alicui vel vendat de terra sua quam ut de resi
duo terre sue sufficienter possit fieri domino feodi servicium ei debitum
XXXII. quod pertinet ad feodum illud. Omnes patroni abbathiarum qui
habent cartas regum Anglie de advocatione vel per antiquam tenuram
vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacaverint sicut habere de
XXXIII. bent et sicut superius declaratum est. Nullus capiatur vel imprisone
tur propter appellum femine de morte alterius quam viri sui. Nul
XXXIIII. lus comitatus decetero teneatur nisi de mense in mensem, et ubi maior
terminus esse solebat, maior sit. Nec aliquis vicecomes vel ballivus
suus faciat turnum suum per hundredum nisi bis in anno et non nisi
in loco debito et consueto, videlicet semel post Pascha et iterum
post festum sancti Michaelis. Et visus de franco plegio tunc fiat ad il
lum terminum sancti Michaelis sine occasione, ita scilicet quod quilibet habeat

libertates suas quas habuit vel habere consuevit tempore. H. Regis avi
nostri vel quas postea perquisivit. ¶ Fiat autem visus de franco plegio sic.
videlicet quod pax nostra teneatur et quod thethinga teneatur integra sic-
ut esse consuevit. et quod vicecomes non querat occasiones et quod contentus sit
de eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo tempore
H. Regis avi nostri. ¶ Non liceat decetero alicui dare terram suam ¶ XXXV.
alicui domui religiose ita quod eam resumat de eadem domo
tenendam. Nec liceat alicui domui religiose terram alicuius sic
accipere quod tradat eam illi a quo recepit eam tenendam. Si quis autem
decetero terram suam alicui domui religiose sic dederit
et super hoc convincatur. donum suum penitus cassetur et terra illa
domino illius feodi incurratur. ¶ Scutagium decetero capiatur sicut capi con- ¶ XXXVI.
suevit temporibus H. Regis avi nostri. Et salve sint Archiepiscopis
Episcopis. Abbatibus. Prioribus. templariis hospitalariis. Comitibus Ba-
ronibus et omnibus aliis tam ecclesiasticis personis quam secularibus omnes lib-
ertates et libere consuetudines quas prius habuerunt. ¶ Omnes autem liberta- ¶ XXXVII.
tes et consuetudines predictas quas concessimus in regno nostro tenendas quan-
tum ad nos pertinet erga nostros. Omnes de regno nostro tam clerici quam la-
ici observent quantum ad se pertinet erga suos. Pro hac autem
donatione concessione libertatum istarum. et [illegible] aliarum contentarum in Car-
ta nostra de libertatibus foreste. Archiepiscopi [illegible] Episcopi. Abbates.
Priores. Comites. Barones. milites. libere tenentes et omnes de regno
nostro dederunt nobis quintadecimam partem omnium mobilium suorum.
Concessimus etiam eisdem pro nobis et heredibus nostris quod nec nos nec
heredes nostri aliquid perquiremus per quod libertates in hac carta con-
tente infringantur vel infirmentur. Et si ab aliquo contra hoc ali-
quid perquisitum fuerit. nichil valeat et pro nullo habeatur. ¶ His testibus
dominis. S. Cantuar. Archiepiscopo. E. London. Episcopo. J. Bathon Episcopo.
P. Wynton. H. Lincoln. R. Sar. W. Roff. W. Wygorn.
J. Elien. H. Hereford. R. Cestr. W. Exon Episcopis. Abbate sancti Edmundi.
Abbate sancti Albani. Abbate de Bello. Abbate sancti Augustini Cantuar.
Abbate de Evesham. Abbate Westm. Abbate de Burgo sancti Petri

Abbate de Radyng'| Abbate de Abindon Abbate de Malmesbur'
Abbate de Wynchecumbe | Abbate de Hyda. Abbate de Certeseye. Abba
te de Shireburn. Abbate de Cerne. Abbate de Abbotesbur'| Abba
te de Middelton| Abbate de Seleb'| Abbate de Wyncestr'. Hen' de Bur
go Justic' nr'o. Ran' Comite Cestr' & Lincoln. W. Comite Warr'
W. Comite Warenn. G. Comite Gloucestr' & Hertford. W. de
Ferr' Com Derb. W. de Maundevill Com Essex. H. le Bygod
Comite Norff. W. Comite Albe Marlie. H. Com Hereford. J.
Constabulario Cestr'| R. de Ros| R. fil Walt'. R. de Veti po
te. W. de Bruere de Montefichet. P. fil Herbert. W. de Albe
ney. R. de Greley. R. de Brehosa. J. de Monemue. J. fil
Alani. H. de Mortuo Mari. W. de Bello Campo. W. de Sco Johe
P. de Malo Lacu| Briano de Insula| T. de Multon| R. de Argen
teym. G. de Nevill. W. Maudut. J. de Balun & aliis

Dat' apud Westm. xj. die Februarii anno regni nri Nono

Nos autem donationes & concessiones predictas ratas habentes & gratas
eas pro nobis & heredibus nris concedimus & confirmamus| eas que tenore
presentium innovamus. volentes & concedentes pro nob & heredibus
nris quod carta predicta in omnibus & singulis suis articulis imperpetuum fir
miter & inviolabiliter observetur. etiam si aliqui articuli in
eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerint
observati| Hiis testibus venerabilibus patribus. R. Cantuar' Ar
chiepo totius Angl primate. A. Dunelm| R. London| W. Elien
T. Exon. W. Coventr' & Lichefelden. S. Sar' T. Roff' J. Nor
wich. J. Landaven. Epis Angl. J. Lincoln electo. Johe de
Warenna Com Surr' Thoma Comite Lancastr'. Rogo le Bygod
Com Norff & Marescallo Angl. Henrico de Lacy Comite Lin
coln. R. de Monte Hermeri Comite Gloucestr' & Hereford
Humfrido de Bohun Com Hereford & Essex| Guydone de
Bello Campo Comite Warr' Ricardo fil Alani Comite Arundell
Rogo de Grey. Johe de Hastyng'| Henr' de Percy. Hugone
le Despenser. Hugone de Veer| Robto de Tateshale. Hugone

Bardolf. Hugone de Curtenay. Johe de Megue. Henr de
Grey. Willo de Ros de Helmeslee. Alano la Zuche. Robto de
Tony. Robto de monte Alto. Willo de Breusa. Thoma de
ffurnivall. Johe Engayne. Petro Corbet. Willo de Leyburn
Willo le Latimer. Walto de Bello Campo senescallo hospicii
nri. Walto de Wintonbe. & aliis. Data p manu nram apud
Westm. xxviij. die marcii. anno regni nri vicesimo octavo.

Explicit magna Carta de libertatibz Angl.

Edwardus dei gra Rex Angl Dns Hibn & Dux Aquit
omnibz ad quos psentes littere pvenerint salutem
Inspexim magnam cartam dni H. quondam Regis
Angl in hec vba. Henricus dei gra Rex Angl Dns
Hibn & Dux Normannie & Aquit & Comes Andegavie Archiepis
Epis Abbatibz Priorib Comitibz Baronibz Justic fforestar vicecomi
tibz Prepositis Ministris & omnibz Ballis & fidelibz suis psente
cartam inspecturis saltm. Sciatis qd nos intuitu dei & p salute
aie nre & animar antecessor & successor nror ad exaltacoem sce
ecce & emendacoem regni nri spontanea & bona voluntate nra
dedim & concessim Archiepis Epis Abbatibz Priorib Comitibz
Baron & omnibz de Regno nro has libertates subscptas te
nendas in Regno Angl imppetuu. In pmis oes foreste quas c. I.
H. rex Avus nr afforestavit videant p bonos & legales ho
mines & si boscum aliquem alium qz suu dnicum boscum
afforestaverit ad dampnu illius cui boscus ille fuit. deaf
forestet. & si boscum suu pprium afforestavit. remaneat fo
resta salva coia de herbagio & aliis in eadem foresta illis q
prius eam hre consueverunt. Homines vo qui manent II.
ex forestam no veniant decetero coram Justic nris de fores
ta p commes sumn. nisi sint in plito vel plegii alicui vel

III aliquorum qui attachiati sint pro forestam. Omnes autem bosci qui
fuerint afforestati per Regem Ricardum avunculum nostrum vel per Regem Johannem
patrem nostrum usque ad primam coronationem nostram statim deafforesten-
IIII tur nisi fuerit dominicus boscus noster. Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Pri-
ores, Comites, Barones, Milites et libere tenentes qui boscos su-
os habent in forestis habeant boscos suos sicut eos habuerint tem-
pore prime coronationis Regis H. avi nostri, ita quod quieti sint
imperpetuum de omnibus purpresturis, vastis et assartis factis in illis
boscis post illud tempus usque ad principium secundi anni coro-
nationis nostre. Et qui de cetero vastum, purpresturam vel assar-
tum sine licentia nostra in illis boscis fecerint, de vastis pur-
V presturis et assartis nobis respondeant. Regardatores nostri
eant per forestas ad faciendum regardum sicut fieri consuevit
VI tempore prime coronationis Regis H. avi nostri et non aliter. Inquisitio
vel visus de expeditatione canum existentium in foresta de cetero
quando fieri debet regardum, scilicet de tertio anno in tertium annum, et tunc fi-
at per visum et testimonium proborum et legalium hominum et non aliter. Et ille cui-
us canis inventus fuerit tunc non expeditatus det pro misericordia tres solidos.
Et de cetero nullus bos capiatur pro expeditatione. Talis autem fiat expe-
ditatio per assisam communiter usitata quod tres ortilli abscidantur de pede
anteriori sine pelota. Nec expeditentur canes de cetero nisi in
locis ubi expeditari consueverint tempore prime coronationis predicti
Regis H. avi nostri. Nullus forestarius vel Bedellus de cetero
VII faciat scotallas vel colligat garbas vel avenam vel bladum ali-
quod vel agnos vel porcellos, nec aliquam collectam faciat; et per
visum et sacramentum xii. regardatorum quando facient regardum, tot
forestarii ponantur ad forestas custodiendas quot ad illas custo-
VIII diendas rationabiliter viderint sufficere. Nullum swanimotum de
cetero teneatur in regno nostro nisi ter in anno, videlicet in principio
quindecim dierum ante festum sancti Michaelis quando agistatores nostri conve-
niunt ad agistandum dominicos boscos nostros, et circa festum sancti Martini
quando agistatores nostri debent recipere pannagium nostrum. Et ad

agistatores

ista duo swanimota conveniant forestarii, viridarii et non
alii per districtionem. Et tertium swanimotum teneatur in ini-
cio xv. dierum ante festum sancti Johannis Baptiste pro feonatione besti-
arum nostrarum et ad istud swanimotum tenendum conveniant fo-
restarii, viridarii et nulli alii per districtionem. Et preterea sin-
gulis quadraginta diebus per totum annum conveniant forestarii,
viridarii ad videndum attachiamenta de forestis tam de viridi quam de
venatione per presentationem ipsorum forestariorum et coram ipsis attachiatis.
Predicta autem swanimota non teneantur nisi in comitatibus in qui-
bus teneri consueverunt. Unusquisque liber homo agistet boscum su- ·IX·
um in foresta pro voluntate sua et habeat pannagium suum. Con-
cedimus etiam quod unusquisque liber homo ducat possit porcos suos
per dominicum boscum nostrum libere et sine impedimento ad agistandum
eos in suis boscis propriis vel alibi ubi voluerit. Et si porci
alicuius liberi hominis una nocte pernoctaverint in foresta nostra non
inde occasionetur unde aliquid de suo perdat. Nullus de ·X·
cetero amittat vitam vel membra pro venatione nostra. Set si quis
captus fuerit et convictus de captione venationis graviter redimatur si
habeat unde redimi. Si autem non habeat unde redimi possit,
iaceat in prisona nostra per unum annum et unum diem. Et si
post unum annum et unum diem plegios invenire possit ex-
eat de prisona. Sin autem abiuret regnum nostrum Anglie.
Quicumque archiepiscopus, episcopus, comes vel baro veniens ad ·XI·
nos ad mandatum nostrum transierit per forestam nostram liceat
ei capere unam bestiam vel duas per visum forestarii si pre-
sens fuerit. Sin autem faciat cornari ne videatur furtive
hoc facere. Idem liceat eis in redeundo facere sicut predictum est.
Unusquisque liber homo de cetero sine occasione faciat in bosco ·XII·
suo vel in terra sua quam habet in foresta molendinum, viva-
rium, stagnum, marleram, fossatum vel terram arabilem
extra coopertum in terra arabili, ita quod non sit ad nocumentum
alicuius vicini. Unusquisque liber homo habeat in boscis suis ·XIII·

aerias accipitrum, esperuariorum, falconum, aquilarum et heyroniorum. Et
XIIII habeat similiter mel quod inventum fuerit in boscis suis. Nullus
forestarius decetero qui non sit forestarius de feodo firmam nobis red
dens pro balliva sua capiat chiminagium aliquod in balliva sua.
Forestarius autem de feodo firmam nobis reddens pro balliva sua capiat
chiminagium videlicet pro careta per dimidium annum duos denarios
et per alium dimidium annum duos denarios, et pro equo portante summa
gium per dimidium annum obolum, et per alium dimidium annum obolum, et
non nisi de illis qui extra ballivam tanquam mercatores veniunt per
licenciam suam in ballivam suam ad buscam, maeremium, corticem
vel arborem emendum et alias ducendum ad vendendum ubicumque
voluerint; et de nulla alia careta vel de summagio aliquo ca
piatur chiminagium. Et non capiatur chiminagium nisi in locis illis qui
bus antiquitus capi solebat et debuit. Illi autem qui portant super
dorsum suum buscam, corticem seu carbonem ad vendendum, quamvis
XV inde vivant, nullum dent decetero chiminagium. Omnes utla
gati pro foresta tantum a tempore H. regis avi nostri usque ad primam coro
nacionem nostram veniant ad pacem nostram sine impedimento et
salvos plegios inveniant quod decetero non forisfaciant nobis de fo
XVI resta nostra. Nullus castellanus vel alius teneat placita de
foresta sive viridi sive de venacione, set quilibet forestarius de
feodo attachiet placita de foresta tam de viridi quam de vena
cione et ea presentet viridariis provinciarum et cum irrotulata fu
erint et sub sigillis viridariorum inclusa presententur capitali
justiciario nostro cum in partes illas venerit ad tenendum placita de
foresta et coram eo terminentur. Has autem libertates de fores
XVII ta concessimus omnibus salvis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comi
tibus, baronibus, militibus et aliis tam personis ecclesiasticis quam secu
laribus, templariis, hospitalariis, libertatibus et liberis consuetudini
bus in forestis et extra, in warennis et aliis locis que prius habuerunt.
XVIII Omnes autem istas consuetudines predictas et libertates quas con
cessimus in regno nostro tenendas quantum ad nos pertinet erga

nros. Omnes de regno nro tam clerici quam laici observent quantum
ad se ptinet erga suos. Pro hac autem donatione et conces
sione libertatum istarum et aliarum libertatum contentarum in maiori car
ta de aliis libertatibus Archiepi Epi Abbates priores Comi
tes Barones milites libere tenentes et omnes de regno nro
dederunt nobis quintam decimam partem omnium mobilium suorum
Concessimus etiam eis pro nobis et heredibus nris quod nec nos nec he
redes nri aliquid pquiremus per quod libertates in hac carta con
tente infringantur vel infirmentur. Et si ab aliquo aliquid
contra hoc pquisitum fuerit nichil valeat et pro nullo habeatur. Hi
is testibus. dno S. Cantuar Archiepo. E. London et ce
teris nominatis in magna Carta de libertatibus Angl. Datum apud
Westmon. xi. die febr anno r. n. nono. Nos autem dona
tiones et concessiones predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et he
redibus nris concedimus et confirmamus eas que tenore presentium innova
mus volentes et concedentes pro nobis et heredibus nris quod carta pre
dicta in omnibus et singulis suis articulis imperpetuum firmiter ac invi
olabiliter observetur etiam si aliqui articuli in eadem carta con
tenti hucusque forsitan non fuerint observati. Hiis testibus
ven patribus. R. Cantuar Archiepo totius Angl primate et ceteris
in alia carta predicta precedenti. Datum per manum nram apud
Westmon. xxviii. die martii. anno r. n. vicesimo octavo.

Explicit Carta de foresta. Incipit sententia eorumdem

Anno dni. mo. CCo. liiio. iiio. Idus maii in maio
ri aula Westmon sub presentia et assensu dni H.
dei gra Regis Angl illustris et dnorum Rici Com
Cornubie fratris sui. E. Com Norff et Suff et ma
rescallo Angl Humfrid Com Hereford. R.
Com Oxon. J. Com Warenn et aliorum optimatum Regni
Angl. Nos Bonefacius divina miseratione Cantuar Archieps.

totius Angl' primas. F. London' Eps. H. Eliens. R. Lincoln'
W. Wygorn'. W. Sarisburien'. P. Hereff'. W. Norw. W. Dunolm. W.
Exon. S. Carl'. W. Bath. L. Roff'. Epi pontificalibus in
duti candelis accensis in omnes transgressores libertatum ecclesie ac
liberarum consuetudinum regni Angl' et precipue earum que continen
tur in carta communium libertatum regni Angl' et in carta de foresta
excommunicationis sententiam solempniter ediderunt sub hac forma. Auctoritate
Dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et gloriose dei genitricis
semper virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli omnium apostolorum.
Beati Thome archiepiscopi martiris omniumque martirum beati Edwar
di regis Angl' omniumque confessorum atque virginum omniumque sanctorum
dei excommunicamus et anathematizamus et a liminibus sancte matris
ecclesie sequestramus omnes illos qui amodo scienter et ma
liciose ecclesias privaverint seu spoliaverint suo iure. Item
omnes illos qui ecclesiasticas libertates vel antiquas consuetudines
regni approbatas, que in cartis communium libertatum regni et
de foresta continentur concessas a domino rege archiepiscopis episcopis
et ceteris Angl' prelatis, comitibus, baronibus, militibus et li
bere tenentibus quacumque arte vel ingenio violaverint, infre
gerint, diminuerint vel immutaverint clam vel palam
facto vel verbo vel consilio contra illas vel illarum aliquam in
quocumque articulo temere veniendo. Item omnes eos qui con
tra eas vel earum aliquam statuta ediderint vel edita
servaverint vel consuetudines introduxerint vel servaverint
introductas. Et scriptores statutorum nec non consiliarii et execu
tores et qui secundum predicta presumpserint iudicare. Qui omnes et sin
guli supradicti memoratam hanc sententiam se noverint ipso facto.
Qui scienter aliquid commiserint de predictis qui vero ignoranter
nisi commoniti infra quindenam a tempore commonitionis se cor
rexerint et arbitrio ordinariorum plene satisfecerint de
commissis extunc hac sententia sint innodati. Eadem

Sentencia fulminandam in omnes illos qui pacem Regis et Regni presumpserint perturbare. In cuius rei memoriam sententiam nos signa nostra personaliter duximus apponenda.

Explicit sentencia eorundem. Incipit Westm primum.

Ceo sont les establisemenz le Rey Edward fiz le Rey Henri fez a Westmonster a son premer parlement general apres son coronement lendemayn de la cluse de Pasch lan de son regne tresime par son consail et assentement de Ercevesqes, Evesqes, Abbes, Priours, Countes, Barouns, et la comunaute de la terre ilokes somones. Pur ceo qe nostre seignour le Rey ad grant volunte et desir del estat soen Regne redrescer les choses ou mester est amender. E ceo est pur commun profist de seint Eglise et del Reaume. E pur ceo qe estat de seint Eglise ad este malement demene et les prelatz et les religiouns de la terre grevez sont en mont de maneres et le poeple autrement tretie qe estre ne dust et la pes meyns gardee et les mesfesanns meyns puniz qe estre ne dusent par quey la gent doterent meyns a mesfere. Issi ad le Rey ordene et establi les choses southescritz qil entent qe les seient profitables a tout le Reaume. En primes veot le Rey et comaunde qe la pees de seint Eglise et de la terre seit bien gardee et maintenu en touz poinz et qe commune dreiture seit fait a touz ausi bien a povres cum a les riches sanz regard de nul. Pur ceo qe les Abbes et mesouns de religiouns ount este char

Qe la pees de seint Eglise seit bien garde.

ges 7 grevie malement, par la venue des grantz gentz 7 des
autres q lour biens ne suffisont a eux mesmes, par quei les
religiouns sont issi abessetz 7 enpoveriz qeles ne poent
eux meismes sustener ne la charge de la grant charite qe
eux soleient faire. Purveu est q nul ne veignent man
ger ne herberger, ne giser en mesouns de religiouns de
autri avowesoun q de soun demeine a cost de la mesoun
sil ne seint priez ou requis especiaument pa le gover
nour de la mesoun avaunt qil veigne 7 q nul a ces cu
stages de meigne ne entre ne veigne giser encountre
la bone volunte le Governour de la mesoun. Mes par cest
estatut ne entent mie le Rei q grace de hospitalite seit
oustrete a besoignous 7 fe q les avowees de mesons
puissent par lur venues les surcharger ne destruire.
Purveu est ensement q nul home graunt ne petit par
colour de parente ou de affinite, ou de especiaute ou par
autre amite, ne par autre enchesoun ne courge en au
tri park, ne ne pesche en autri vivers, ne venge ma
ungere ne herberger en autri maner ou en mesoun de
religioun ou de Prelat, ou de autre encountre la bone
volunte del seignour ou de Baillif, ne au costages de
seignour de leinz ne a ces custages demeine. E sil ve
igne 7 entre par le gre ou sauntz le gre le seignur ou
le Baillif, nule fermure des, ne fenestre ne nule mane
re de fermure ne face overir ne de briser par sei
ne par autre ne nule manere de vitaille ne autre
chose ne prenge par colour de achat ne autrement. 7
qe nul face batre ne prenge ble ne nule maniere de
vitaille ne les autres biens de nul Prelat ou homme
de religioun persone ne dautre ne clerk ne de lai par
colour de achat ne autrement encountre la bone volun
te 7 le conge de celui a qi la chose serra ou le gardein

de deinz ville marchaunde ou de hors · e q nul ne prenge
chiuaus ne boefs · chars · charettes · ne nefs · ou bateaus a
fere cariages saunz la bone volunte de celui a ki la cho
se sera · e si par volunte de lui face lors son gre solum
le couenaunt fait entre eus · E ceaus q vendrount en
countre les establicemens auaunt ditz · e de ceo soient
atteint seent iugez a la prison le Rei · e deliures seint
puniz solum la quantite e la manere du trespas · so
lum ceo qe le Rei ou sa Court verra q bon seit · E
fait a sauoir q si ceus a qi les trespas ert fait · vodre
unt pleindre · sour les damages qil auerount eu · il lur
sera agarde e restore al duble · e ceus qe les tres
pas auerunt fet · seint puniz · a la manere auaunt
dit · E si nul veille siure · le Rei eit la suite come
de chose fait encountre sa defense · e encountre sa
pees · E le Rei fra enquere dan en an · si cum il quidra
qe bon seit · queles gent eient tel trespas fait · e ceus
qe auerount les trespas fait e qe serrount enditez
par teles enquestes seient attachez · e destreinz par
la graunt destresce deuenir a vn certein iour · qe con
teint la space de vn moins en la court le Roy la ou
li plerra · e si ceus ne veignent a cel iour · qil seient
derechief destreins · par meismes la destresce auenir a
vn certein iour qe conteint le space de · vi · symaines ·
e si ceus adunkes ne veignent seint iugez come atteinz ·
e rendrount le duble par la seute le Rei a ceus a qi le
damage auerunt eu · e ensement greuement reinz solum
la manere du trespas · E le Rei defent e comaund · qe
nul homme desormes ne face mal ne damage ne gre
uaunce a nul homme de religion persone de seint Egli
se · ne autre par enchesoun de ceo qil eient deuee lostel
ou le manger a nuls · ou autre enchesoun · par enchesoun.

ge aukun se pleint en court de ceo qil fust greuez de a
kun des choses auant dites. & si nul le face & de ceo seit
atteint seit en cas en la peine auant dit. E purveu
est qe les poinz auant diz tient ausi bien nos commo
lers, Justic' de forestes & nos autres Justic' come autre
gentz. E qi les poinz auant diz seint meintenuz &
gardez. si defent le rei sur sa greue forfeture qe nul
Prelat, Abbe, ne Priour, home de religion, ou Baillif de a
kun de ceux, ou autre, ne receiue nul home e countre
la forme auant dit. E qe nul enuoie a meson ne a maner
de gent de religion ne de autre home, gent, chiuaus, chi
ens a sojurner, ne nul les receiue. E qe le fra pur ceo qe ceo
est encountre la defense & le comaundement le rei il ser
ra puniz greuement. Ensement est purveu qe coursours ne
herbergent en nul lieu ou plus qe oue .v. ou .vi. chiuauz,
ne qil greuent la gent de religion ne autres par lur
souent venir ou giser a lur mesons ne a lur maners.

C. II. E Purveu est ensement qe kaunt clerk est pris pur
rette de felonie & il seit demaunde par les ordinari
es, il lur seit deliuere solum le priuilege de seint E
glise en tiel peril come il apent solum la custume auant
ces huree use. E le rei amoneste les Prelatz e lur en
ioint en la foi qe il li deiuent & pur commune profist &
la pees de la terre qe ceux qe sont enditez de tiele
rette par solempne enqueste de prodhomes fetes en la
court le rei en nule manere ne les deliuerent saunz
deue purgacion, issi qe le rei ne eit mester de mettre
autre remedie. E Purveu est ensement qe nul rien

C. III. des comunes ne seit demaunde ne pris ne leue par viscoun
tes ne par autre pur eschap de larun ou de felun Ie
kes a taunt qe le eschap seit iuge par Justic' errauntz, &
qe autrement le fra si rendra a celi ou ceaux taunt cum

il auerount paie e quite qil auerount receu e au Rei ensement
autretaunt ¶ De Wrec de mer est agarde qe la ou home C.IIII.
chien ou chat eschape vif hors de la nef ou batel qe la nef
ou batel ne rien que dedeinz fust ne seit iuge a Wrec de
mer mes seit les choses sauuez e gardez par la veue le vis
counte e del Coroner e de Baillifs le Rei e baillez en la ma
in de ceaus de la ville ou les choses sount trouez issint qe
si nul veigne e sue ces choses e les biens e puisse prouer
qil seient les suens ou a son seignour ou en sa garde pe
riz dedenz lan e un iour saunz delai lui seient ren
dus e si noun remaignent au Rei e seient preisez par le
viscounte e les Coroners e les Baillifs e seient baillez
a la ville a respoundre deuaunt Justices e Wrec de mer
qe apent au Rei ¶ E la ou Wrec apent a autri qe au Rei qil eit
par mesme la manere ¶ E qi autrement le fra e de ceo seit
atteint seit agarde a la prisoun e reint a la volunte le Rei
e rendra les damages ensement ¶ E si Baillif le face e se
it desauowe de seignur ne le seignur rien nad eu de ceo
a li respoigne le Baillif e sil nad dequei rende le seignur
le corps del Baillif au Rei ¶ Purueu est qe les electi
ouns deiuent estre franches le Rei defent sur sa greuouse for C.V.
feture qe nul haut home ne autre par poer de armes ne par
manace desturbe de fere franche election ¶ E qe nul Ci
te Burge ou ville ne nul home seit amercie saunz resona C.VI.
ble encheson e solom la quantite du trespas cest asauoir
fraunk home saue son countenement marchaunt sau
ue sa marchaundize e vilain saue son waignage e ceo
seit par lur peres ¶ De prises de Conestables ou chaste
leins fetes de autres qe de la gent des villes ou les chas C.VII.
teus sont assis purueu est qe nul Conestable ou chaste
leyn desoremes nule manere de prise ne face de autre
home qe de la ville ou son chastel est assis e ceo seit paie

ou greve fet de deners gch, ou autre, si ceo ne seit auncienne prise
due au Roi ou a Chastel ou au seignour de chastel. E qe
VIII. nule rien ne seit pris pur beau pleder si cum autre foiz
fust defendu en tems le Rei Henr pere le Rei q ore est.
IX. E pur ceo qe la pes de la terre ad este fieblement garde
avant ces houres par defaute de bone seute fere sur les
felouns solum due manere. et nomement par defaute
de franchise ou les felouns sont rettez. Purveu est qe to
uz communement seent prestes e aparilez a mande
menz et a la somonse de viscountes ou a cri du pais
de siwre e arester les felouns quant mester serra ausi
bien de deinz fraunchises com de hors et ceaus qe ceo ne
frount e de ceo seint atteint le Roi a eus se prendra
grevement. E si la defaute seit trove sur le seig
nur de la franchise, le Rei se prendra a cele franchi
se e si la defaute seit trove en le Baillif eit la pri
soun de un an e puis seit reint grevement, sil nad un
de quei, eit la prisoun de deus anz e si viscountes
ou Coroners ou autre Baillifs deinz franchises ou de
hors par lower ou par priere ou par nule manere de a
finite concelent ou consentent ou procurent de con
celer les felouns e les felonies fetes en lur Baillies
ou q se feignent de attacher ou de arester les messe
fesaunz ou autrement se feignent de fere lur office en
nule manere en favour des messefesaunz par la ou il pur
ront, e de ceo seient atteintz eient la prisoun de un
an e puis seint reintz grevement e sil neient de quei
eient la prison de quatre anz. Pur ceo qi petites
X. genz e moins sages sont esluz ja de novel commu
nement al office de Coroners e mester serreit q prod
hommes loiaus e sachaunz chivalers q mieuz sa
chent sei entremeissent de cel office, purveu est q

comence des plees del iour cessant. hors pris qe les assignes soient
entrees jugez e vendiz. E par enchesoun de ceo nul home ne se
affie qil ne veigne au iour qe done li est. ¶ Purveu est
ensement qe si nul desormes purchace bref de novele disseisine C. XLV
e celi sur qi le bref vient com principal disseisour moerge avant
qe lassise seit passe qe le pleintif eit son bref dentre sur
du sur la novele disseisine e sur les heirs al disseisour
de quel age qil soient. E en mesmes la manere eit le he
ir sur le heir ou sur les heirs al disseisi lour bref den
tree sur les disseisours lour auncestres ou sur lour heirs
de quel age qil seient. Si par aventure le disseisi moer
ge avant qil eit son purchas fait issint qe pur le no
un age des heirs de une part ou dautre ne seit le
bref abatu ne le plai delaie. mes en quant qe leum purr
saunz les offendre soit la busoigne hastie pur la fresche
ente apres la disseisine. En mesme la manere soit ceo
point garde de Prelatz gens de religion e autres a
queus terre ou tenement en nulle manere puisse de
venir apres autri mort le quel qil seient disseisiz ou
disseisours. E si les parties enpleidant descendont en
enqueste e ele passe contre le heir de deinz age e no
menent en countre le heir al disseisi qil en ceo cas eit
lattendance de grace le Roi saunz rien doner

Si gardein chiv' seign' feffe nul home de la terre qest
del heritage al enfant de deinz age e en sa garde
au desheritison del heir. Purveu est qe le heir meinte C. XLVI
nant eit son recoverer par bref de novele disseisine
vers son gardein e vers le tenant e soit la seisine
baille par iustice. Si ele soit recovere au prochein ami
a qi del heritage ne purra descendre pur garder al oeps
lenfaunt e respoundre des issues al heir quant il ven
dra a son age. E le gardein perde a tote sa vie la

grade de mesme la chose recovere ⁊ de tout le remenant del heritage qil tient en noun del heir. E si autre gardein qe dust seign̄ le face perd de tout cele chose a cele foiche ⁊ seit en greve peine vers le rei. E si lenfaunt seit aloigne ou destourbe par le gardein ou par le feffe ou par autre par quei il ne puisse sa seisine avoir. eide pur li un de ses procheins amis qui voudra ⁊ seit a cel receu.

XLVIII. En bref de doubaire dount dame rien nad mes ne seit le bref abatu par excepcion del tenant pur ceo qele avera receu son doubaire dautre home avant son bref purchace. sil ne puisse mustrer qele eit receu partie de doubaire de li mesmes ⁊ en mesme la ville avant son bref purchace. E pur ceo qe le rei fait cestes choses al honur de dieu ⁊ de seint Eglise ⁊ pur le commun prou ⁊ pur allegeaunce de ceaux qe grevez sont ad graunte il ne voet mie qe autrefoiz puissent turner a prejudice de li ne de la corone mes qe les droitz qe a lui partienent lui seient sauvez en touz pointz.

XLIX. E pur ceo qe grant charite soit de faire droit a touz en tout temps quant mester serroit q par assentement des prelatz assis de nove le disseisine de mort dancestre ⁊ de dreit present fuissent prises en advent en Septuagesme en quaresme ausibien com lem fait les Enquestes ⁊ ceo prie le Roi as Eveskes.

Explicunt statuta Westm prima. Incipiunt statuta de Merton

Provisum est in Cur' dni Regis in crastino sci Vincen
cii anno r. R. h. fil' Reg' Johis vicesimo apud
Merton coram Archiepo Cantuar' et Epis suis
suffraganeis et coram maiori pte Com' et Baron'
Angl' p co'i utilitate Regni tam a pdcis Archiepo Epis Com'
Baron' qm ab ipo Rege concessum. De viduis primo C. I.
que de dotib; suis post mortem viror' suor' expelluntur
vel dotes suas et quarentena suam habere non possunt sine pli
to videlic' qd quicumq; deforciaverint eis dotes suas et qua
rentenam suam de ten' de quib; viri sui obierint seis'
et ipe vidue p plitum suum postea recupaverint ipi qui defor.
de iniusto deforciamento convicti fuerint reddant eisdem
viduis dampna sua scilt ad valore totius dotis
illas contingentis a tempe mortis viror' suor' usq; ad
diem quo ipe vidue p iudiciu Cur' dni Regis seisi
nam inde recupaverint et nichominus ipi deforc' sint in
mia dni Regis. Item oes vidue decetero possint legare bla C. II.
da sua de tra sua tam de dotib; suis qm de aliis tris
et ten' suis salvis servicis dnor' suor' que debentur de dotib;
Item si quis fuit disseis' de libo ten' suo et coram iustic' C. III.
itinerantib; seisinam recupaverit p assisam nove disse
sine vel p recognitionem eor' qui fecerunt disseisinam et ipe disseis'
p vic' sua hediate invenerit. Et idem disseisitores post
ea post iter iustic' vel infra eundem conquerentem dissei
siverint et inde convicti fuerint statim capiantur et in pri
sona dni Regis detineantur quousq; p dnm Rege p re
demptionem vel alio modo deliberentur. Et hec est forma qua
hm' convicti puniri debeant videlic' cum conquerentes ad
Cur' venerint habeant bre dni Regis Vic' directum in quo
contineatur eor' narratio de disseisina facta p disseis'. Et ideo
mandetur vic' qd assumptis secum custodib; plitor' Corone
et aliis legalib; militibus in ppria psona sua accedat ad ten' illud

vel pasturam illam de quibus facta fuit querela et coram eis per primos iuratores et alios bonos et legales homines diligentem faciant inde inquisitionem et si ipsum iterum dissaisitum inveniant sicut predictum est faciant tunc secundum provisionem predictam sin autem tunc sit querens in misericordia domini Regis et alius quietus recedat. Eodem modo fiat de illis qui seisinam suam recuperaverint per assisam mortis antecessoris et sic de omnibus terris et tenementis recuperatis per iuratam in curia domini Regis si postea dissaisiti fuerint a predictis dissaisitoribus versus quos seisinam recuperaverint per iuratam quoquo modo.

in casu & quando tenens esset paratus facere Capitali dno serui
cia & consuetudines exactas / & Capital dns seruicia &
cons sibi debitas renuebat recipe p manum alterius / quam
p manum proximi tenentis sui / & sic amiserunt huiusmodi tene
tes in dominico proficuum terrarum suarum / aliquando ad tempus a
liquando toto tempe suo / nec fuit antea aliquod reme
dium in hoc casu prouisum. Prouisum est & ordinatum in
hoc casu remedium subscriptum sub hac forma / qd quando
huiusmodi tenens in dominico habens medium inter ipsum & capi
talem dnm distringatur / statim pquirat tenens sibi bre
de medio / & si medius habens terram in eodem Com
distringi vel ad magnam districtionem. Dcs querens in suo
n bre. bri de magna districtione tales dies / quatenus cum adueneri
uno Com teneantur / & pcipiat vic / qd distringat me
dium p magnam districtionem prout in bri continetur / & in

omni' vic' in duobz plenis Comitatibz collegerint' pclama
ri faciat qd huiusmoi medius veniat ad diem in bri conte
tum responsur' tenenti suo / ad quē diem si venit pcedat
placitum int' eos modo consueto. Et si non venit amittat
huiusmoi medius dominium tenentis sui. & amodo non respo
deat ei tenens in aliquo, sz omisso illo medio / respodeat
Capitali dño de eisdem svicus & consuetudinibz
que prius fac' debuit p'dco medio. ¶ Non heat Capita
lis dns potestatem distringendi dum p'dcs tenens offat ei svi
cia debita & consueta. Et si Capital' dns exigit plus
q medius ei fac' debet / heat tenens in hoc casu excep
com quam haberet medius / Si vero medius nichil habet in
ptate Regis / Vichomin' pquirat tenens bre sum' de
medio ad vic' illius Com / in quo distingit. Et si vic'
mandaverit qd nich' hz ubi potest summoniri / viceco
min' sequat' bre de attachiamento. Et si vic' mandaverit
qd nil hz p quod attachiari pt, vicecomin' seq't bre
de magna districcone & fiat pclamacio in forma p'dca.
¶ Si vero medius non heat t'ram in Comitatu, in quo fit
districcio, sz heat t'ram in alio Com, tunc exeat bre ori
ginale ad summonend medium ad vic' illius Com
in quo fit districcio. Et cu' testificatu' fuit p illum vic'
qd nil het in Com suo, exeat bre de iudicio ad sum
monend mediu' ad vic' illius Com in quo testificatu'
fuit qd het ten', & fiat secta in illo Com quousqz
pveniet' ad magnam districcom & pclamacom. Sic di
ctum est sup' de medio hente t'ram in eodem Com in
quo fit districcio. Et nomin' fiat secta in Com in quo
nich' het, sic dcm est sup' de medio nich' hente quo
usqz pveniatur ad magnam districtom & pclamacom. Et
sic pt pclamaconem in utroqz Com sectam, abiudicet

medius a feodo & servicio suo. Cum aliquando contingat quod tenens in
servicio feoffatus est, ad tenendum per minus servicium quam medius facere debuit
capitali domino, et post huiusmodi proclamacionem attamen sit tenens capitali
domino medio dimisso, nec habeat tenens respondere capitali domino de serviciis et con-
suetudinibus que medius ei prius facere debuit. Et postquam venerit medius in curia
et cognoverit quod acquietare debeat tenentem suum, ut adiudicetur ad
acquietandum, si post huiusmodi cognicionem vel iudicium querimonia per-
veniat quod medius non acquietat tenentem suum, tunc exeat breve de iu-
dicio quod vicecomes distringat medium ad acquietandum tenentem suum. Et
ad essendum coram Justiciariis ad certum diem, ad ostendendum quare prius eum
non acquietavit. Et cum per districcionem venerit, audiatur querens.
Et si querens verificare poterit quod ipsum non acquietavit, satisfa-
ciat de dampnis. Et per iudicium tenens recedat quietus de servicio me-
dio & attornet se capitali domino. Et si ad primam districcionem non
venerit, exeat breve de alia districcione, et fiat proclamacio, et postquam
testificata fuerit, procedatur ad iudicium sicut superius dictum est.
Et sciendum quod per hoc statutum non excluduntur tenentes qui
habent warantiam, si de tenementis suis impetrentur super medios
suos & eorum heredes, scilicet prius huiusmodi. Set et concedatur tenentes
quam sequi possit versus medium suum secundum consuetudinem prius usitatam, si vide-
rint quod processus eorum plus valeat per antiquam consuetudinem quam per istud
statutum. Et sciendum quod per istud statutum non perdet remedi-
um quilibet medius, set solummodo in casu cum sit unus
medius tantum inter dominum et tenentem. Et in casu
quando medius ille est plene etatis. Et in casu quando tenens
sine preiudicio alterius quam medii attornare se potest capitali domino,
quod deinde pluribus tenentibus in dotem vel tenentes per legem Anglie
ut alii ad terminum vite vel per feodum talliatum quibus per ali-
quos actus non datur remedium prius, sed ideo habeant alias provide-
bit.

C .X. Cum in tanto Justiciarii proclamatum fuit quod omnes qui
brevia liberare voluerint ea liberent infra certum terminum. Post

quem ultimo breve recipiat. Et tunc de hoc considerentes in moram fe-
cerunt, etiam ad diem presentem et ultimo breve super eos fuit liberatum de
liberatione Justiciarii recedunt. Post quorum recessum adversarii sui ipsorum ab-
senciam percipientes brevia sua porrigunt in curia. Que aliquando per fr-
audem aliquando per precium pro dono recipiuntur. Et illi qui se esse
credebant recessisse totum sua amittunt. Et huiusmodi fraudi sub-
veniatur in posterum. Statuit dominus Rex quod Justiciarii in itineribus
omnibus statuant diem .xv. dierum vel mensem minoris vel ma-
ioris temporis secundum quod Comitatus fuerit maior vel minor, infra quem
diem publice proclametur quod omnes qui brevia liberare voluerint
ea liberent citra diem illum et in adventu illius diem deficient
vel capitalem Justiciarium itineris quot brevia sint et que, et quod nullum
citra diem illum ultimo breve recipiat, quod si receptum fuerit, processus
per illud factus pro nullo habeatur, excepto quod breve cessavit durante
toto itinere relevari possit. ¶ Brevia vero de dote de quibus
qui obiecta sedentibus Justiciariis cum itinerantibus assise coram eis presentata
omnes quare impedit, de attinctis, certis, infra summonicionem pro-
clamacionem quocumque tempore ante recessum Justiciariorum recipiantur. ¶ Brevia
et nove disseisine quocumque tempore facta fuerit disseisina recipiantur in
itinere Justiciariorum. Concedit dominus Rex de gracia speciali quod illi qui
tenementa habent in diversis Comitatibus in quibus Justiciarii non itine-
rant, ut in quibus tenementa in quibus Comitatibus Justiciarii itinerant, timent
implacitari, et de aliis tenementis in Comitatu in quo Justiciarii non itine-
rant implacitentur coram Justiciariis apud Westm' ut in banco domini Re-
gis, vel coram Justiciariis ad assisas capiendas assignatis, vel coram
ut in aliquo Comitatu vel in aliquo Curia Baron facere possint
attornatum generalem ad sequendum pro eis in omnibus placitis in itinere
Justiciariorum pro ipsis ut contra ipsos motis vel movendis durante iti-
nere. Qui quidem attornatus vel attornati habeant generalem pro-
tatem in placitis motis in itinere quousque placitum terminetur
ut dominus eius ipsum amoveat. Nec per hoc excusetur a summo-

XI. mittantur in proxima assisa coram eisdem justic'. De servientibus Ballivis, Camerariis, et quibuscunque receptoribus qui ad compotum tenentur reddendum concordatum est et statutum quod cum domini huiusmodi servientium dederint eis auditores compoti et contingat ipsos esse in arreragiis super compotum, omnibus allocandis allocatis, arrestentur corpora ipsorum et per testimonium auditorum eiusdem compoti et mittantur aut liberentur proximo gaole domini Regis in partibus illis et a vicecomite seu custode eiusdem gaole recipiantur et carceri mancipentur in ferris sub bona custodia et in prisona illa remaneant de suo proprio viventes quousque dominis suis de arreragiis plenarie satisfecerint. Attamen si quis sic gaole liberatus conqueratur quod auditores compoti ipsum iniuste gravaverint onerando ipsum de receptis que non recepit aut non allocando ei expensas aut liberaciones racionabiles et inveniat amicos qui eum manucapere voluerint ad ducendum coram Baronibus de Scaccario liberetur et ad certum diem cum rotulis et talliis per quos compotum reddiderit in presencia Baronum vel auditorum quos assignare voluerint recitet compotum et fiat partibus iusticia. Ita quod si fuerit in arreragiis committatur Gaole de Flete ut supradictum est. Et si distringantur et compotum reddere noluerint sicut alibi in aliis statutis continetur distringantur ad veniendum coram Justic' ad compotum reddendum si habeant per quod distringi possint. Et si ad curiam venerint dentur auditores compoti coram quibus si fuerint inventi in arreragiis et si statim arreragia solvere non possint committantur Gaole custodiendi in forma predicta. Et si diffugiunt et testificatum fuerit per vicecomitem quod non sunt inventi exigantur de comitatu in comitatum quousque utlagentur. Et sint huiusmodi incarcerati irreplegiabiles et caveat sibi vicecomes vel custos eiusdem Gaole sive sit in libertate sive extra quod per commune breve quod dicitur replegiari vel alio modo sine assensu domini ipsum a prisona exire non permittat quod si fecerit et super hoc convincatur respo

+ Scire facias ... in cuius presencia fuit ... quod sit coram [illegible] de Scaccario

deat domino de dampnis per huiusmodi servientes sibi illatis secundum quod
per patriam verificare poterit et habeat recuperare suum per breve de debi
to. Et si custos Gaole non habeat per quod iustificetur vel unde
solvat, seu reddat, respondeat superior suus qui huiusmodi Gaole custodi
am sibi commisit per idem breve. Quia multi per maliciam vo C. XII.
lentes alios gravare procurant falsa appella fieri de homicidio et aliis
feloniis per appellatores nichil habentes unde domino Regi pro falso
appello nec appellatis de dampnis respondere possint, Statutum
est quod cum aliquis sit appellatus de felonia sibi imposita, se ac
quietaverit in Curia regis modo debito, vel ad sectam appellato
ris vel ad sectam domini Regis, Justiciarii coram quibus auditum erit huiusmodi
appellum et terminatum, puniant appellatorem per prisonam unius
anni et nichilominus restituant huiusmodi appellatis dap
na secundum discretionem Justiciariorum, habito respectu ad prisonam vel ad
arestationem quam occasione huiusmodi appellatorum sustinuerint ap
pellati, et ad infamiam quam per imprisonamentum vel alio modo in
currerint, et nichilominus versus dominum Regem graviter redimantur. Et si
forte huiusmodi appellatores non habeant unde predicta dampna restituere pos
sint, inquiratur per quos abettatum formatum fuit huiusmodi appe
llum per maliciam, si appellatus hoc petat. Et si in
veniatur per illam inquisitionem quod si aliquis sit abettator
per maliciam, per breve de Judicio ad sectam appellati distrin
gatur ad veniendum coram Justiciariis, et si legitimo modo convictus
fuerit de huiusmodi abbetto per maliciam, puniatur per prisonam
et ad restitucionem dampnorum sit suppositus sicut dictum est de appella
tore. Nec iaceat de cetero in appello de morte hominis esso
nium appellatoris, ut citius appellum fuerit terminandum.
Quia vicecomites fingentes multociens coram eis aliquos in turnis suis C. XIII.
indictatos de furtis et aliis maleficiis capiunt homines non culpa
biles, nec legitime indictatos, et eos imprisonant, et ab eis
pecuniam extorquent, cum legitimo modo per xii. Juratores non

fuerint inducti // Statutum est quod breve in itineribus suis et alibi cum inqui
rere liceant de malefactoribus per preceptum domini Regis / vel ex officio suo
per legales homines ad minus .xij. faciant inquisitiones suas de huiusmodi
malefactoribus / qui huiusmodi inquisicionibus interfuerint / et sigilla sua
apponant / et illos quos per huiusmodi inquisiciones invenerint culpa
biles capiant et inprisonent secundum quod alias fieri consuevit / et si
alios inprisonaverint / qui per huiusmodi inquisiciones / indictatos /
bre. habeant huiusmodi inprisonati accionem suam per breve de inprisonamento versus
vic' sicut haberet versus quamcumque aliam personam que eos inprisonaverit sine
warranto et sic idem est de vic' observetur de quolibet Ballivo libertatis

C. XIIII. Cum de vasto facto in hereditate alicuius per custodes / tenentes in dote
per legem Anglie / vel alio ad terminum vite / consuevit fieri breve de prohibi
cione vasti / per quod breve multi fuerunt in errore / credentes quod
illi qui vastum fecerunt non haberent necesse respondere / nisi tamen de va
sto facto post prohibicionem eis directam /// Dominus Rex ut huiusmodi er
ror de cetero tollatur. statuit / quod de vasto quocumque tempore facto
ad nocumentum aliorum. non fiat de cetero breve de prohibicione vasti set breve de
summonicione ita quod ille de quo queritur respondeat de vasto facto
quocumque tempore et si post summonicionem non venerit attachietur et
post attachiamentum distringatur / et per districcionem si non venerit / man
detur vic' / quod in propria persona / assumptis secum .xij. et accedat ad
locum vastatum et inquirat de vasto facto / et retornet inquisicionem / et
postquam retornata fuit inquisicio. procedatur ad judicium secundum quod con
tinetur in statuto suo edito apud Westmonasterium in parliamento /

C. XV. Cum in casu quo
minores infra etatem implacitari possunt concessum est / quod si
huiusmodi minores elongati sint. quo minus personaliter sequi
possint / propinquiores amici admittantur ad sequendum pro eis /

C. XVI. Cum in
quo casu alicuius minoris descendat hereditas ex parte patris / qui tenuit
de uno domino / et ex parte matris que tenuit de alio domino / dubita
cio hucusque extitit de maritagio huiusmodi minoris / ad quem
de duobus dominis pertineat / Concordatum est quod ille dominus de cu

heat maritagiu de quo antecessor eius prius fuit feoffatus non habito res
pectu ad sexus nec ad qualitate ten' set solumo ad antiquius feoffa
mentum p seruiciu militare. Cum tamen Justic' non admittat de XVII
certo essonien' de malo lecti de ten' in eodem Com' nisi ille qui se
facit essoniare ueraciter sit infirm' quia si excipiat a petente qd
tenens non est infirm' vel in nullo statu quo non venire potest cora
Justic' admittat eius calupnia. et si sup hoc p inquisitione conuict
fuerit, restat ei esson' in defalta, Sec iacet de certo illud esson' in
bri de recto int duos clamantes p unu defensu Cum de XVIII
bitu fuit recupatu ut in Cur' Reg recognitu vel dapna
adiudicata, sit de certo in electione illi qui sequitur p huiusmoi
debito aut dampnis sequi p bre qd vic' fi faciat de t'ris
et catallis vel qd vic' liberet ei oia catalla debitoris exceptis bobus
et affris caruce et medietate t're sue quousque debitu fuit le
vatu p ronabile preciu vel extentam, Et si eiciat de illo
ten' heat recupare p bre noue diss' (et postea p bre de rediss') si inde fuit Cum XIX
post morte alicuius decedentis intestati, et obligati aliquib in
debito, bona deuenerunt ad ordinarios disponenda, obliget
de certo ordinari ad respond' de debitis quaten' bona defunc
ti sufficiunt, eodem modo quo ad executores huiusmoi respo
dere teneret si testamentu fecisset. Cum Justic' in plito XX
mortis antecessoris admittere consueuerint responcionem tenentis
qd petens non est ppinquior heres antecessoris de cuius morte ten'
ne petit et hoc pat' sit p assisam inquirere concordatu e
qd in breuib de consanguinitate auo ut proauo que sunt eius
dem nature admittat illa responcio et inquirat et sic in assi
cionem ad iudiciu procedat. Cum in statuto edito XXI
apud Gloucestr' contineat qd si quis dimiserit t'ram ali
cui ad reddend' valore quarte ptis ten' vel maioris
heat ille qui dimisit vel eius hes postquam (cessatum) fuit a solo
ne ~~cessatu~~ p biennium, actionem petendi ten' sic dimissu in dnico
eodem modo concordatu e qd si quis detineat dno suo feudu sibi de
bitu ut consueuit p biennium heat dns actionem petendi ten' in dnico p
tale bre //

Precipe A. quod iuste et sine dilatione reddat B. tale tenementum quod de eo tenet ~~C. de C.~~ per ser-
vicium et quod ad ipsum B. reverti debet eo quod predictus A. in faciendo
predictum servicium per biennium iam cessavit ut dicitur. Et non solummodo in isto casu
sed in casu de quo fit mentio in predicto statuto Gloucestrie fiat bre-
ve de ingressu heredi petenti super heredem tenentis et super eos qui-
c. XXII. bus alienatum fuit huiusmodi tenementum. Cum duo vel plures teneant
boscum turbariam piscariam pasturam ut alia huiusmodi in communi absque hoc quod aliquis sci-
at suum separale et aliquis eorum faciat vastum contra voluntatem alterius
moveatur actio per breve de vasto et habeat defendens cum audierit
venire actionem capiendi partem suam in certo loco per visum et per vi-
sum et sacramentum et assignacionem vicinorum ad hoc electorum et iuratorum, ut
quod concedat quod nichil capiat decetero in huiusmodi bosco turbaria et
aliis secundum quod participes sui capere voluerint, et si eligat capere
partem suam in certo loco assignetur ei in parte sua locus vastatus vel
quod fuit ante quam vastum fecit. Breve in hoc casu. Cum A. et B.
c. XXIII. teneant boscum pro indiviso. B. fecit vastum. Habeant decetero ex-
ecutores breve de compoto reddendo et eandem actionem et processum per illud
breve
c. XXIIII. breve quale habuit mortuus et heres si vixisset. Quociens quibus conce-
ditur breve in Cancellaria de facto alicuius generaliter decetero non recedant que-
rentes a Curia domini Regis sine remedio pro eo quod tenementum transfertur de
uno in alium et in Registro de Cancellaria non est inventum aliquod
breve in isto casu speciale. Sicut de domo, muro, mercato conceditur super
eum qui levavit et transferat domus, murus et huiusmodi similia in aliam
personam breve denegatur. Sed decetero cum in uno casu conceditur breve
et in consimili casu simili remedio indigente concedatur sicut
prius fuit breve. Questus est nobis A. quod D. iniuste etc. le-
vavit domum, murum, mercatum et alia que sunt ad nocumentum
etc. Et si huiusmodi levata transferantur in aliam personam decetero fiat breve
sic. Questus est nobis A. quod B. et C. levaverunt etc.
Eodem modo sicut persona alicuius ecclesie recuperare potest communam
pasture per breve nove disseisine eodem modo decetero recuperet successor suus

diſſeiſitorem ut eius heredem p[er] bre q[uo]d p[er]mittat / h[ab]eat h[uius]mo[d]i bre
p[ri]us in Cancell' no[n] fuit conceſſum / Eodem modo ſit conce
dat[ur] bre ubi aliquod ten[ementum] ſit l[i]b[er]a elemoſina alicui[us] eccl[es]ie ut
laicu[m] feodu[m] tal' / decet[er]o fiat bre / ubi ſit l[i]b[er]a elemoſina ta
lis eccl[es]ie ut alt[er]ius eccl[es]ie / Et cu[m] quo l[i]b[er]a elemoſina unius
eccl[es]ie tr[ans]fer[tur] in p[os]ſeſſione alt[er]ius eccl[es]ie / et q[ua]ciens decet[er]o eueni
at in Cancell' q[uo]d in uno casu rep[er]it[ur] bre & ſimili casu cade
te ſub eodem iure & ſimili indigente remedio concordent cl[er]ici
de Cancell' in br[ev]i faciendo / vel attermi[n]ent querentes in p[ro]x
imo p[ar]liamento & ſcribant casus in quib[us] concordare no[n] p[os]
ſint & referant eos ad p[ro]x[im]um p[ar]liamentum / & de conſenſu
iurisp[er]itor[um] fiat bre, ne contingat de cet[er]o q[uo]d Cur[ia] d[omi]ni Re
gis deficiat querentib[us] in iuſticia p[er]quirenda / Quia no[n] e[st] XXV
aliquod bre in Cancell' p[er] quod querentes h[ab]eant tam feſti
nu[m] remediu[m] ſicut p[er] bre noue diſſ[eisine] d[omi]n[u]s Rex volunta
te hens / q[uo]d celeri[us] fiat iuſticia & q[uo]d dilaciones in plitis modis
amputent[ur] ut abreuient[ur] concedit q[uo]d bre noue diſſ[eisine] loc[um] h[ab]e
at in p[lur]ib[us] casib[us] q[ua]m p[ri]us h[ab]uit. Et concedit q[uo]d de eſtoueriis
boſci p[er]cipiendo capiendo in boſco / de nucib[us] glandib[us] & aliis
fructib[us] colligendis de corrodio / liberac[i]o[n]e bladi vel alior[um] victua
liu[m] / aut materior[um] in certo loco annuatim recipiendor[um] / tolneto /
tronagio / pontagio / paſſagio / & h[uius] ſimilib[us] in certis locis ca
piendis / cuſtodiis parcor[um] / boſcor[um] / foreſtar[um] / chacear[um] / warenar[um]
portar[um] / & aliis balliis & officiis in feodo datis de cet[er]o aſſiſa
noue diſſ[eisine] / & in o[mn]ib[us] ſup[er]ioribus modo conſueto fiat bre de h[uius]
mo[d]i ten[emento]. Et ſicut p[ri]us iacuit & locu[m] h[ab]uit in co[mmun]ia paſture / Ita
decet[er]o locu[m] h[ab]eat in co[mmun]ia turbarie / piſcarie / & aliis co[mmun]ib[us] h[uius]
ſimilib[us] q[ua]s quis h[ab]et p[er]tinentes ad l[i]b[er]um tenementu[m] vel q[uas]
ſine ten[emento] p[er] ſp[eci]ale f[a]c[tu]m ad minus ad t[er]mi[n]u[m] vite / In casu
q[ua]n[do] quis tenens ten[ementum] ad t[er]minu[m] annor[um] vel in cuſtodia ille
alienat in feodu[m] & p[er] aliam alienacione[m] tr[ans]fert l[i]b[er]um ten[ementum].

in feoffatum fiat remedium per breve nove disseisine et habeatur pro disseisitoribus
tam ille qui feoffavit quam feoffatus ita quod in morte alterius eorum locum
habeat predictum breve. Et si post mortem personarum cesset remedium per
predictum breve fiat remedium per breve de ingressu et quamvis consimilis fiat men-
cio de aliquibus tenementis de quibus locum non habuit prius breve nove disseisine non
propter hoc credat aliquis istud breve non competere ubi prius non compe-
tebat. Et licet dubitaverint quidam utrum in casu quo quis pas-
cit aliquid separale fieri poterit remedium per predictum breve teneatur pro eo
quod in illo casu per predictum breve bonum et certum est remedium. Et time-
ant deinceps qui notati sunt disseisitores quod non proponant falsas ex-
ceptiones per quas captio assise differatur dicendo quod assisa alias
transivit inter easdem partes de eodem ~~tenemento~~ vel dicendo et menciendo quod
breve de altiori natura pendet inter easdem partes de eodem tenemento
et super huius consimilibus vocet rotulos vel recordum ad warantum
ut per illam vocacionem afforciare possint vesturam levare reddi-
tus et alia proficua ad magnum detrimentum querentis et quia prius
aliam penam non habuit qui huiusmodi falsas exceptiones mendaciter
proponit nisi tantum quod post mendacium suum convictum processum fuit
ad capcionem assise. Dominus Rex cum odiose sint predicte exceptiones
statuit quod si quis notatus disseisitor personaliter proponat illam ex-
ceptionem ad diem sibi datum, si defecerit de waranto quod
vocavit habeatur pro disseisitore absque recognicione assise et restituat dampna
ipsius prius inquisita vel postea inquirenda in duplo et nomine
pro falsitate sua puniatur per prisonam unius anni. Et si
illa exceptio proponatur per ballivum non propter hoc differatur capcio assise
et iudicium super restitucionem tenementi et dampnorum ita tamen quod si
dominus illius ballivi qui absens fuit postmodum veniat coram
justiciariis qui assisam ceperunt et offerat verificare per recordum
vel per rotulos quod assisa alias transivit de eodem tenemento inter
easdem partes vel quod querens alias se retraxit de brevi consimili

uilla vel per bundas pendet per breve de alia accione, tunc fiat ei breve ad faciendum venire
super hoc recordum. Et cum illud viderint et videat justiciarius quod re-
cordum ei missum valeret ante judicium quod per illud excluderetur querens
ab accione sua, statim faciant justiciarii scire parti que prius recuperavit
quod sit ad certum diem ad quem veniat defendens seisinam suam et dampna, si que prius solvit post primum judicium redditum, que ei restituat
in duplo ut supra dictum est. Et nichilominus puniatur ille qui primo
recuperavit per personam eandem districcionem justiciarii. Eodem modo si de-
fendens contra quem tenuit assisa in sua absencia ostendat cartas vel
quietas clamaciones super quibus confectores non fuerunt examinati nec
examinari poterunt, pro eo quod de eis non fiebat mencio in placitando, et per plures
vias ignorare poterunt confectores hujusmodi scriptorum, justiciarii visis
scriptis illis faciant scire parti que recuperavit quod sit ad certum diem
et venire faciant juratores illius assise. Et si per eosdem jura-
tores vel per certe(?) per inrotulamentum scripta illa verificantur, puniatur
ille qui assisam impetravit contra factum suum per penam supradictam.

Non capiat decetero vicecomes bovem a disseisito et a disseisitore, et si plures
sint disseisitores in uno brevi nominati, nichilominus de uno bove sit con-
tentus, nec exigat bovem nisi de precio quinque solidorum et infra. sed. v. sol. vel pec'.

In brevibus de redisseisina adjudicentur decetero dampna in duplo. Et sint
disseisitores decetero irreplegiabiles per commune breve. Et sicut in statuto — XXVI
de Merton provisum fuit quod illud breve de hiis qui disseisiti fuerint per
quam recuperaverint per assisas nove disseisine et mortis antecessoris aut per ali-
as juratas obtinuit, decetero habeat illud breve locum de illo qui recu-
peraverit per defaltam, reddicionem vel alio modo sine recognicione as-
sisarum vel juratarum. Post quam aliquis posuit se in inquisicionem — XXVII
ad primum diem allocetur ei essonium et de aliis diebus sequentibus
per essonium non differatur capcio inquisicionis sive prius habuerit essonium
sive non. Nec admittatur decetero essonium post diem datum prece par-
cium in tali quo partes venire consenciunt sine essonio. Cum per — XXVIII
statutum Gloucestrie statuatur quod per quam tenens semel comparuit

Marginal note: post primum judicium et cetera unde tamen dampnis que sunt

in Cur' no allocet' ei esson in talibz assisis. Eodem mo de cetō obs'net' in
XXIX. de petentibz. Bre de t'nsgressione ad audiend' 7 t'minad' de
cetō no concedat' coram aliquibz Justic' exceptis Justic' de utroq;
Banco 7 ex'tis Justic' itinerantibz nisi p enormi t'nsgressione ubi
nec' e' festinum apponere remediu' et Dns Rex de sp'ali gr'a hoc
duxit concedend'. || Rec' 7 concedat' decetō bre ad aud' 7 t'mina
nd' appella cora' Justic' assignat' nisi in sp'ali casu 7 certa
ca'. Dns Rex hoc p'cepit. S; ne hm'oi appellati ut indictati
diu detineant' in p'sona h'eat bre de odio 7 atya. sic' in magna
XXX. Jur' X' Carta 7 in aliis statut' dtm e'. Assignent' decetō duo Jus
tic' iurati (assignati) cora' quibz 7 no aliis capiant' assise nove disseis'. mor
tis antecessoris 7 attincte 7 associ' sibi duos vel unu' de discretiori
bz militibz Com' in quo venerint 7 capiant assisas p'dcas 7
attinctas ad plus ter p annu' videl; semel int' q'ndena' b'i
Johis Bapte 7 Gulam Augusti et iterum int' fm exalta
tois sce crucis 7 octab' sci mich'is et t'cio int' fm epiphe
7 fm purificatois be marie 7 in quolibz Com' ad q'mlibet capco
nem assisar' anteq'm recedant statuant diem de redditu suo. Ita q'd
omes de com' scire possint eor' adventum 7 de t'mino in t'mi
nu' adiornet' assisas. Si p vocatoem Warranti p esson ut p
defcm recognitor' ad aliu' diem capco differat'. Et si ali
qua de ca' videat' q'd utile sit q'd assisa mortis antecessoris p
esson vl vocatoem Warranti respectuate (assise) adiornet' in banco
liceat eis hoc facere. Et tunc mittat Justic' de Banco recor
dum cu' bri originali 7 tu' loquela p'veniat ad capcoem assise
remittat' loquela cu' bri originali p Justic' de Banco ad
p'dcos Justic' coram quibz capiat assisa. S; de cetō dent Ju
stic' de banco in hm'oi assis ad min' .xv. dies p annu'
coram p'fatis Justic' assignat' ut parat' laborib; 7 expensis
iuratorum. Inquisicoes capiende de t'nsgressionib; p'petratis coram
Justic' de utroq; banco nisi ta' enormis sit t'nsgressio q'd mag

na indigeat examinacione. Determinentur eciam coram eosdem justiciarios
de aliis placitis placitatis in utroque banco in quibus facta est examina
cio, ut qui dedicit ingressum nisi per disseisinam alterius, vel in tercium cum uno
articulo sit inquirendum. Et inquisiciones de grossis et pluribus ar
ticulis que magna indigent examinacione capiantur coram justicia
riis de bancis, nisi ambe partes petant quod inquisicio capia
tur coram aliquibus de societate cum ad partes illas venerint, quod
decetero non fiat nisi per duos justiciarios vel coram uno cum aliquo milite
de comitatu in quem partes consenciunt. Et non attingantur huiusmodi
inquisiciones coram aliquibus justiciariis de banco nisi statuatur quod
dies et locus in comitatu in presencia parcium et dies et locus imponatur
in brevi de judicio per hec verba: Precipimus tibi quod veni
re facias coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in octabis sancti Michaelis nisi
talis et talis tali die et loco in partes illas venerint, xii. etc. Et cum huius
modi inquisiciones capte fuerint retornentur in bancis et ibi fiat
judicium et irrotulentur. Et si omissa forma predicta aliquem inqui
siciones capiantur pro nullo habeantur, exceptis quod assise mortis anteces
soris et inquisiciones super quare impedit attingantur in comitatu ipso
coram uno justiciario de banco et uno milite ad certum diem
et locum in banco statutos, sive defendens consenciat sive non.
Ibi statim reddatur judicium. Habeant decetero omnes justiciarii de ban
cis et itinerantibus clericos irrotulantes omnia placita coram eis placita
ta, sicut antiquitus habere consueverunt. Item ordinatum est quod
justiciarii ad assisas capiendas assignati non compellant juratores
dicere precise si sit disseisina vel non, dummodo voluerint dicere veri
tatem facti et petere auxilium justiciariorum; set si sponte velint dicere quod
disseisina est vel non, admittatur eorum veredictum sub suo periculo. Et
decetero non ponant justiciarii in assisis aut juratis aliquos jura
tores nisi eos qui ad hoc primo fuerint summoniti. Cum ali C·XXXI·
quis implacitatus coram justiciariis aliquibus proponat excepcionem et petat
quod justiciarii eam allocent, quam si allocare noluerint, si ille qui

exceptionem proponit scribat illam exceptionem et petat quod justiciarii in
testimonium sigilla sua apponant, et si unus apponere noluerit apponat
alius de societate. Et si facta ad querimoniam de facto justiciarii ve-
nire faciat dominus Rex recordum coram eo, et si illa exceptio non in-
veniatur in rotulo, et querens ostendat exceptionem scriptam cum sigil-
lo justiciarii apposito, mandetur justiciario quod sit ad certum diem ad cog-
noscendum sigillum suum vel dedicendum. Et si justiciarius sigillum dedicere
non possit, procedatur ad judicium secundum illam exceptionem prout ad-
mittenda esset vel cassanda.

Justic' sigill' suum apponat.

XXXII.

Cum viri religiosi et alii per
collusionem implacitent aliquem et implacitatus fecit defaltam ob quam tenementum
amittere debeat, quia justiciarii hujusmodi timuerunt quod si implacitatus
fecit defaltam per collusionem, et cum petentes actionem statuti per
loco domini aut alterius alienationis seisinam de tenemento consequi non pos-
sit per illam defaltam consequeretur, et fiet fraus statuto, ordi-
natum est per dominum Regem et concessum quod in hoc casu post defal-
tam factam fiat inquisitio per patriam utrum petens habeat jus in sua pe-
titione aut non, et si compertum fuerit quod petens jus habet in sua petitione
procedatur ad judicium pro petente et recuperet seisinam suam, et si jus non
habuerit incurratur tenementum proximo domino feodi si illud petat infra annum a tem-
pore inquisitionis capte, et si infra annum non petat, superiori domino
incurratur si petat infra proximum annum post illum annum. Et habeat
quilibet dominus post proximum dominum spatium unius anni ad petendum successive quo-
usque perveniatur ad regem, cui ad ultimum per defectum aliorum dominorum tene-
mentum incurratur. Et ad calumpniandum juratores inquisitionis admittantur tam
capitales domini feodorum et omnes qui calumpniare voluerint quam
dominus Rex, quousque tenementum per petentem vel aliquem capitalem dominum disponeretur et
oneretur ut ad respondendum inde ad scaccarium.

24 remaneat ... per inquisitionem [illegible]

XXXIII.

Quia multi tenentes erigunt
cruces in tenementis suis aut erigi permittunt in prejudicium dominorum suorum, ut
tenentes per privilegium Templariorum et Hospitalariorum tueri se possint contra
capitales dominos feodorum, statutum est quod hujusmodi tenementa capitalibus
dominis aut domino Regi incurrant eodem modo quo statuitur alibi de tenementis

alienatis ad manum mortuam ¶ Purveu est qe si home ravise XXXIIII
femme espose/ damoysele/ ou autre feme, de sa agrement par la ou ele ne se
est assente avant ne pres eit jugement de vie e de membre/ En
semment la ou home ravise feme dame esposee damoysele ou
autre feme a force tot seit qele se assent apres eit jugement tel
cum avant est dist. sil seit atteint. a la siute le Roy. e par la ou
le Rei sa siute ¶ De mulieribus abductis cum bonis viri sui ho
at Rex sectam de bonis sic asportatis & decetero si sponte reliquerit virum
suum & abierit & moretur cum adultero suo amittat imperpetuum accionem petendi do
tem suam que ei competere posset de tenementis viri sui. Si super hoc con
vincatur nisi vir suus sponte & absque cohercione ecclesiastica eam reconsiliet
et secum cohabitare permittat in quo casu restituatur ei accio ¶ Qui mo
nialem a domo sua abduxerit licet monialis consenciat puniatur per prisonam trium
annorum & satisfaciat domui a qua abducta fuit competenter et nichil
ominus redimat ad voluntatem domini Regis ¶ De pueris masculis sive XXXV
femellis quorum maritagium ad aliquem pertineat raptis et abductis si
ille qui rapuit non habuerit ius in maritagio licet postmodum restituat
puerum non maritatum vel de maritagio satisfecerit puniatur tamen pro trans
gressione per prisonam duorum annorum ¶ Et si non restituerit vel heredem
post annos nubiles maritaverit & de maritagio satisfacere non poterit abiu
ret Regnum vel habeat perpetuam prisonam Et super hoc habeat querens tale
breve ¶ Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo tunc pone per vadium & salvos plegios B.
quod sit coram Justiciariis nostris apud W. tali die ostensurus quare Johannem filium & heredem
Laurencii de B. infra etatem existentem cuius maritagium ad ipsum A.
pertinet tali loco inventum vi & armis rapuit & abduxit & ipsum Johannem maritavit
vi fecit contra voluntatem ipsius A. & contra pacem nostram & Et si heres
sit in eodem Com tunc addatur ista clausula Et sicut prius ingenie
ras quod ubi heres ille sit in Ballia tua & ipsum ubicumque fuerit inventus ca
pias & salvo & securo custodias ita quod eum habeas coram prefatis
Justiciariis nostris apud W. ad prefatum terminum ad reddendum cum predicto A. vel B. &c
reddi debeat & fiat secta versus ipsum pro quo quiritur quousque p

Et adultera ...
amittit dotem
Lacte de dote

34

districcionem vendat si habeat per quod possit distringi vel per cotinua
dam. Et nisi sit iustificabilis exigatur tot utlagetur. Si forte huiusmodi he
res ductus & transferatur in aliud com' tunc vic' illius com' fi
at breve in hac forma Questus est nobis .A. quod .B. rapuit talem
heredem infra etatem & in custodia sua existentem tali loco ad ta
lem locum in com tali abduxit contra voluntatem ipsius .A. & contra
pacem nostram & ideo tibi precipimus quod predictum heredem ubicumque in
ballia tua inveniri poterit capias & salvo & secure custodias
ita quod eum habeas coram iusticiariis nostris apud talem locum & diem quo eidem
idem .A. habet diem versus predictum .B. ad reddendum cui de iure reddi debe
at. Et si heres antequam inveniri poterit vel antequam restituatur quo
rentti obierit nichilominus procedat placitum inter eos quousque dam
netur cui restitui deberet si superstes fuisset. Non excusabitur ille
qui iniuste rapuit huiusmodi heredem de pena supposita per mor
tem heredis. Tamen extitit male fidei possessor dum vixit. Et
si querens obierit antequam placitum sit terminatum si ius ei competat
habet vone eius feodi sui resummoniatur loquela ad sectam heredis
querentis & procedat placitum debito ordine Eodem modo per aliud titulum
competat ei ius sive titulo donacionis vendicionis vel alio huius
modi titulo tunc resummoniatur loquela ad sectam executorum que
rentis & procedat placitum ut predictum est Eodem modo si moriatur
pars defendens antequam placitum terminetur vel heres restituatur procedat
placitum per resummonicionem contra querentem vel heredem seu execu
tores defendentis vel eum heredem. Si executores non suffi
ciant quo ad satisfaccionem de valore maritagii secundum quod con
tinetur in aliis statutis & ordinatis set non quo ad penam persone quia quis
pro alieno facto non est puniendus Eodem modo cum pendeat
placitum inter partes de custodia terre & heredis vel corporis per breve
quod incipit Precipe tali quod reddat &c. Fiat resummonicio inter
heredes & executores querentis et similiter inter heredes aut exe
cutores defendentis si mors ad alteram partem pervenit cum placitum

Bre

4
tali loco in com
tali rapuit de
com illo in com
tali

nota

Bre

terminatum. Et cum pervenerit ad magnam districtionem dominorum
dominus infra quem tres comitatus teneantur ad minus, in quorum quo
libet comitatu fiat publica proclamatio quod deforciator veniat ad
standum ad rectum (statutum) diem in brevi contentum responsurus querenti ad quem
diem si non venerit et proclamatio semel secundo et tercio testificata
ta fuerit (statim) procedatur ad iudicium pro querente salvo iure defen
dentis si postmodum inde loqui voluerit. Eodem modo fiat
in brevi de transgressione cum quis queritur se electum fuisse de
huiusmodi custodiis. Quia domini curiarum et alii qui curias — XXXVI.
tenent et senescalli volentes gravare subditos suos cum non habe
ant legalem viam eos gravandi procurant alios movere querelas
versus eos et dare vadia et offerre plegios vel impetrare brevia
ad sectam huiusmodi querentium compellunt eos sequi comitatum hun
dredum curiam quousque finem fecerint cum ipsis pro voluntate sua. Contra
quod statutum est quod hoc non fiat. Et si quis per huiusmodi falsas
querimonias fuerit attachiatus replegiet districtionem suam sic cap
tam et postea faciat loquelam coram justiciariis coram quibus si vicecomes ut
ballivus ut dominus procuravit se destrictus formabit querimoniam suam
adiciat iniustam districtionem et ponet huiusmodi querimoniam coram eis
factam et replicet quod huiusmodi querimonie versus eos movebantur
maliciose ad instanciam seu procurationem comitis vel aliorum ballivorum aut
dominorum admittatur illa replicatio (seu responsio). Et si super hoc convicti fuerint dominus
domino Regi redimatur et michi hominem huiusmodi sic gravatis dampna
in duplo restituat. Quia vicecomites et ballivi ad quos ex officio pertinet — XXXVII.
districtiones facere volentes subditos suos gravare ut ab eis
pecuniam extorqueant mittunt ignotos ad faciendas districtiones
cum interclusione ut subditos (suos) gravare possent, per hoc quod sic distri
cti non habent notitiam personarum non permittunt huiusmodi distri
ctiones super eos fieri. Statutum est quod nulla districtio fiat nisi per
ballivos iuratos (et notos). Et si alii districtiones fecerint et super hoc con
victi fuerint sicut transgressores de transgressione impetuerint resti

tuant gravia dampna & versus regem graviter puniantur.

C.XXXVIII. Quia & vicecomites hundredarii, ballivi libertatum consueverunt gravare subditos suos ponendo in assisis & juratis homines languidos, decrepitos, perpetua vel temporali infirmitate languentes, homines & tempore summonitionis non in patria non commorantes, summonendo & effrenatam multitudinem juratorum, ita ut a quibusdam eorum in pace dimittendo pecuniam extorqueant, & sic fiunt assise & jurate multociens per pauperes, divitibus per suum dandum domi commorantibus, statutum est quod decetero non summoneantur in una assisa plures quam xxiiij. Senes & videlicet ultra lx. & x. annos, perpetue languidi vel tempore summonitionis infirmi vel in patria non commorantes non ponantur in juratis ut in minoribus assisis. Nec etiam ponantur in assisis aut juratis, licet in proprio comitatu capi debeant, aliquis qui minus tenementum habeant quam ad valentiam xx. sol. per annum. Et si assise & jurate extra comitatum capi debeant non ponatur in eis aliquis qui minus tenementum habeant quam ad valentiam xl. sol. per annum, hiis exceptis qui sunt testes in cartis vel in aliis scriptis quorum presentia necessaria est, dum tamen sint potentes ad laborandum. Nec debet istud statutum extendi ad magnas assisas in quibus aliquando oportet apponere milites non residentes in patria propter paucitatem militum, dum tamen tenementum in comitatu habeant. Et si vicecomites, subballivi vel ballivi libertatum contra istud statutum in aliquo articulo venerint & super hoc convincantur, restituant dampna conquerentibus & nichilominus sint in misericordia domini Regis. Et habeant justiciarii ad assisas capiendas assignati cum in comitatum venerint potestatem audiendi querimonias singulorum conquerentium & quantum ad articulos in isto statuto contentos justiciam faciendi in forma predicta.

C.XXXIX. ~~Jurat~~ Quia justiciarii ad quorum officium spectat coram eis placitantibus justiciam exhibere libere frequenter impediuntur quominus officium suum debito modo exequi possint pro hoc quod cum brevia originalia & judicialia non returnantur pro hoc quod ad brevia originalia falsum returnum respondetur, Providit dominus Rex & ordinavit quod illi qui tenent maliciam ut liberent brevia sua originalia

& iudicialis in pleno Com vel in tercio Com ubi fit collecio. Sen-
escallus & capiat biletum de vic presente vel absente [et presentes] in quo billetto contine
ant nomina petencium & tenencium que manent in bri et ad requisicoem illius
qui bre liberavit. apponat vic vel absens sigillum suum huiusmodi biletto
in testimon & fiat mencio de dato liberacois bris. Et si vic vel absens
huiusmodi biletto sigilla sua apponere noluerint capiat testimon militum
& aliorum fidedignorum qui presentes fuerint qui sigilla sua huiusmodi biletto
apponant. Et si vic bria sibi liberata non retornavit & super hoc ad
Justic competencia pervenerit mandet per bre de iudicio Justic [ad hoc] assis capi
endo assignatis qd inquirat per eos qui ibidem fuerint quando bre li
beratum fuit vic. Et si convenerit de illa liberacoe & inquisicio [hoc] retinuerit et si
convictum fuit per inquisicione qd bre fuit ei liberatum adiudicet pe
tenti dampna ut querenti habito respectu ad qualitate & quantitate accois
& ad periculum quod ei provenire posset per dilacoem quam paciebatur &
per istam viam fiat remedium. Si vic respondeat qd bre adeo tarde
venit qd preceptum dni regis exequi non potuit multociens & capi
ut plura dilacoem per hoc qd vic respondet qd precepit Ballis alicuius
libertatis qui nichil inde fecerunt & nominant libertates que returnum bris [non] hue
runt. Ppter quod ordinavit dns Rex qd Thes & Baro [de Scaccario] liberent in
rotulis oes libertates in quibuscumque Com que habent returnum brevium. Et
si vic respondeat qd returnum fecit Ballis alicuius libertatis que non ali
cui [libertatis] contente in predicto rotulo statim puniatur vic tanquam exheredi
tor dni Regis & corone sue. Et si forte respondeat qd returna
vit Ballis alicuius libertatis que returnum bris veraciter habet mande
tur vic qd non omittat propter predictam libertatem quin exequatur precep
tum dni Regis & qd scire faciat Ballis quibus fecit returnum qd
sint ad diem in bri contentum ad respondendum quare de precepto dni
regis execucoem non fecerunt. Et si ad diem venerint & se acquietare
qd returnum bris eis non fuit factum statim condempnetur vic dno
illius libertatis & parti lese per dilacoem in restitucoem dampnorum
& si Balli ad diem non venerint vel venerint [fere] & supradicto modo

se non acquietaverint in quolibet brevi de iudicio quindenam diem continente ponendi pre-
cipiatur vicecomiti quod non omittat propter libertatem etc. Et quia vicecomites et falsam dant
responsionem quo ad illum articulum quod de exitibus etc. mandantes aliquando
se [?] et mencientes quod nulli sunt exitus aliquando quod parvi sunt exitus, cum
de maioribus respondere possint aliquando non facientes mencionem de
exitibus. Item quod ordinatum est et concordatum quod si quis pe-
tat auditorem responsionis vicecomitis concedatur ei. Et si offeratur verifica-
re quod vicecomes de maioribus exitibus respondere potuit, fiat ei breve
de iudicio ad iusticiarios ad assisas capiendas assignatos quod inquirant
in presencia vicecomitis si interesse voluerit de quibus et quantis exitibus vicecomes
respondere potuit a die recepcionis brevis usque ad diem in brevi con-
tentum. Et cum inquisitio retornata fuerit si de pleno finis non responde-
rit [et responderit] oneretur de surplusagio per extractas liberatas ad Scaccarium et nichilomi-
nus graviter amercietur pro concelamento. Et sciat vicecomes quod redditus blada
in grangia et omnia mobilia preter equitaturam indumenta et utensilia domus
continentur sub nomine exituum. Et precipiat dominus Rex quod vicecomes pro huius-
modi falsis responsis semel et iterum si necesse fuerit per iusticiarios casti-
getur et si tercio deliquerit alius non apponat manum quam dominus Rex.
Vicecomites et dant falsum responsum mandando quod non potuerint prosequi
preceptum domini Regis propter resistenciam potestatis alicuius magnatis
de quo teneatur vicecomes decetero quia huiusmodi responsio multum redun-
dat in dedecus domini Regis. Et quam cito ballivi sui certificaverint quod
invenerint huiusmodi resistenciam statim omnibus omissis assumpto secum
posse comitatus sui eat in propria persona ad faciendum execucionem. Et si
invenerit ballivos suos mendaces puniat eos per prisonam ita quod alii per
eorum penam castigentur. Et si invenerit eos veraces castiget resisten-
tes per prisonam a qua non liberentur sine speciali precepto domini Regis.
Et si forte cum vicecomes venerit resistenciam invenerit certificet Curiam
de nominibus resistencium auxiliancium consenciencium precipiencium et fau-
torum et per breve domini Regis de iudicio attachientur huiusmodi per corpora ad veniendum ad
Curiam. Et si de huiusmodi resistencia convincantur puniantur secundum

quod domino Regi placuerit. Nec intromittat se aliquis minister domini Regis de pena huiusmodi infligenda quia dominus Rex hoc sibi specialiter reservavit pro eo quod huiusmodi resistentes censentur pacis sue et regni perturbatores.

C. XL. Cum quis alienat ius alterius sine concordatum est decetero quod secta mulieris et eius heredis non differatur post obitum viri sui per minorem etatem heredis qui warantizare debet sed exspectet emptor qui ignorare non debuit quod ius alienum emit usque ad etatem waranti sui de warancia sua habenda.

C. XLI. Ordinavit dominus Rex quod si Abbates, Priores, Custodes hospitalium et aliarum domorum religiosarum fundatarum ab ipso vel a progenitoribus suis alienaverint decetero tenementa domibus ipsis ab ipso vel a progenitoribus suis collata, tenementa illa in manum domini Regis capiantur et ad voluntatem suam teneantur et emptor amittat suum recuperare tam de tenementis quam de pecunia quam pacavit. Si autem domus illa a Comitibus, Baronibus vel aliis fundata fuit de tenementis sic alienatis habeat ille a quo vel a cuius antecessoribus tenementum sic alienatum collatum fuit breve ad recuperandum tenementum illud in dominico quod tale est.

Precipe tali Abbati quod iuste etc. reddat B. etc. tale tenementum quod eidem domui collatum fuit in liberam elemosinam per predictum B. vel antecessores suos et quod ad predictum B. reverti debet per alienationem quam predictus Abbas fecit de predicto tenemento contra formam collationis predicte ut dicitur.

Eodem modo de tenemento dato pro cantaria sustentanda vel luminari in aliqua ecclesia vel in capella vel aliis elemosinis sustinendis si tenementum sic datum alienetur. Et si forte tenementum sic datum pro cantaria vel luminari, pastura pauperum vel aliis elemosinis sustinendis vel faciendis non fuit alienatum, sed subtracta fuit huiusmodi elemosina per biennium competat actio donatori vel eius heredi ad petendum tenementum sic datum in dominico sicut statutum est in statuto Gloucestrie de tenementis dimissis ad faciendum et ad reddendum quartam partem valoris tenementi vel maioris. Glouc'

C. XLII. De marescallo domini regis de feodo, Camerariis, Custodibus hostiorum in itinere Justiciariorum et servientibus virgam portantibus coram Justiciariis

apud Westmon' qui officium illud habent de feodo et qui plus exigunt bono fe
odo suo quam exigere consueuerint secundum quod nuper quereuntur per eos qui
statum Curie a multo tempore viderint et sciunt. Dominus Rex inquiri fe
cit [ab illis] qui statum predictorum ministrorum de feodo habere consueuerint temporibus
retroactis et per inquisitiones statuit et precepit quod marescallus de
feodo qui de nouo exigit palefridum de Comitibus et Baronibus et aliis qui
per partem Baronie tenentibus [palefridum] a quo de homagium fecerint in homines
ad miliciam eorum aliorum palefridum et de quibus palefridos habere non
debent palefridum de nouo exigit ordinauit quod predictus marescal
lus de quolibet Comite et Barone integram Baroniam tenente de
cetero palefridum suum contentus vel de precio quale antiquitus [prope] consue
uerint ita scilicet homagium quod fecit palefridum vel partem cepit
in forma predicta ad miliciam suam nichil capiet. Et si forte ad
homagium nichil cepit ad miliciam capiat. De Abbatibus et Prio
ribus integram Baroniam tenentibus cum homagium aut fidelitatem
fecerint pro Baronia sua capiat palefridum vel precium ut predictum est.
Hoc idem de Archiepiscopis et Episcopis est obseruandum. De hiis autem
qui [per] partem Baronie tenent siue sint religiosi siue seculares
capiant secundum porcionem partis Baronie quam tenent. De religi
osis tenentibus in liberam elemosinam et non per Baroniam vel per
partem Baronie nichil exigat marescallus. Et et concessit dominus
Rex quod per hoc statutum non prejudicetur [tamen] ibidem marescallus suus de
feodo in placitis petendo si in posterum ostendere poterit quod jus
habeat placita petendi. Camerarii domini Regis habeant decetero de
Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus et aliis personis ecclesiasticis
Comitibus Baronibus integram Baroniam tenentibus racionabilem finem
cum homagium aut fidelitatem pro Baroniis [suis] fecerint. Et si [per] partem
Baronie teneat capiant racionabilem finem secundum porcionem ipsos
contingentem. Alii vero Abbates et Priores et alii religio
forestam fecerit saltatorium in eodem sine warento domini regis aut
si teneat parcum suum ita inclusum quod fere domini regis pos-
sint intrare et non exire. Item inquiratur si bosci aliquorum
in foresta inclusi per licentiam domini regis includantur contra
formam concessionis quam inde habent a domino rege. Item inquiratur
si aliqua vaccaria vel porcaria aut domus aut clausum ali-
quod constructum sit in foresta ad nocumentum et per quem et a quo
tempore et quot et que animalia recipiantur in eisdem et quantum
per estimacionem pastura ferarum domini regis deteriorata fuit per
animalia que exeunt de clausis illis. Item inquiratur quomodo
herbagium in partibus landis et in dominicis boscis domini regis in
quibus nemo communicat custoditum fuit et qui forestarii vel
balli foreste ceperint finem vel mercedem pro animalibus agistandis
in eisdem ad deterioracionem pasture ferarum domini regis et quantum
per estimacionem pastura illa deteriorata fuit singulis annis
per agistamentum illud et quantum unusquisque forestarius vel ballivus
cepit inde in singulis annis post ultima placita foreste.

Inquiratur qui malefactores de viridi tam in dominicis boscis domini
regis quam in boscis aliorum in foresta. Et quod vastum et que de-
terioracio facta fuit in unoquoque bosco tam de alio bosco
quam de subbosco et de ebrancatura et per quos vastum illud
et deterioracio facta fuit et quantum unusquisque forestarius dedit
vel vendidit vel ad opus suum proprium cepit vel
aliis permiserit de boscis in balliva sua et de quibus boscis
et quantum valuit. Item inquiratur qui post ultima placita
foreste malefecerunt domino regi de venacione sua cum canibus

aut leporariis aut bersando aut cum trappis aut aliis
ingeniis quibuscumque et qui sunt receptatores eorum aut con
sentientes eis in malefacto suo siue sint for(estarii) siue alii
et ubi illi malefactores receptatores aut eisdem consenti
entes manent modo siue in foresta siue extra forestam
siue in burgo siue extra. Item inquiratur qui predictorum
malefactorum aut receptatorum aut eisdem consencientium attachiati
sunt et qui non et qualiter deliberati sunt et per quem et quis
cepit finem vel mercedem pro deliberacione eorundem et quid et
quantum. Item inquiratur quantum unusquisque for(estarius) vel ballivus aut
minister forestarum cepit singulis annis post ultima placita
foreste de expeditacione canum et quantum de chiminagio et quan
tum de pannagio et quantum de herbagio. Et quantum de escae
ta aialium. Et quantum de cableicio. Et quantum de ce
pagiis capronum aut escaetis quercuum aut aliarum arborum
quas dominus rex dederit vel vendiderit vel ad opus suum
proprium cepit et quantum de melle et quantum de nidis aut ali
is exitibus vel proficuis quibuscumque provenientibus domino regi et huius
modi proficua et exitus valuerint. Item inquiratur si aliqui
ballivi for(estarii) placitaverint aliquod placitum aut celaverint aliquod
attachiamentum siue de viridi siue venacione quod ad dominum regem
debeat pertinere et quod coram capitalibus justiciariis debet termi
nari et si quid inde ceperint quid et quantum inde ceperint.
Item inquiratur quot sunt custumarii in singulis balliis for(este)
ad exercendum bustam maeremium aut carbonem et quot astra
ad carbonem facta fuerunt in omnibus boscis domini regis et quot
in bosco aliorum et quot fuerint carbonatores et quam firmam
vel mercedem ipsi carbonatores aut custumarii dant et
quibus. Et inquiratur diligenter quantum unusquisque boscus de
terioratus fuerit per ipsos. Item inquiratur quid et quantum singu
le villate dant eis contra for(estarios) pro licencia vendenda mendi

forestam ad colligend(um) siccum aut spinas aut aliquid huiusmodi et
quantum unusquisque bestias ducere fuit per ipsas villas singulis an-
nis occasione illa. Item inquiratur si aliquis cui dominus Rex
dedit de busca vel maeremio suo aut de venatione sua
alias vel plures arbores vel bestias cepit quam Rex ei de-
dit. Et si aliquis fugavit vulpem vel catam sine li-
centia domini Regis in foresta, aut si aliquis habens liber-
tatem habendi alias bestias fugandi quam contente sunt in car-
ta sua quam inde habet a domino Rege et qui forestarii ad hoc
consenserunt. Item inquiratur qui habent in domibus suis
contra assisam forestae canes aut leporarios, arcus vel sagit-
tas vel recia vel aliquod aliud ingenium per quod ma-
lum possit fieri domino Regi de venatione sua. Item inqui-
ratur qui vendicant sibi aliquam libertatem in foresta ad no-
cumentum forestae et quam libertatem et si aliquid sibi attra-
xerit quod ad dominum Regem debeat pertinere et quid
et a quo tempore et si aliqui habentes libertatem infra metas
forestae per concessionem Regis aliquod dampnum fecerint domino Regi
in foresta sua occasione libertatis suae et quod dampnum et qua-
le. Item inquiratur qui sunt forestarii de feodo de singulis
ballivis quod et quale warantum habent de ballivis
suis tenendis et qui eorum reddant domino Regi firmam
annuam pro ballia sua et quantum et qui non, et que de iure
pertinent ad firmam eorum faciendam, et quibus metis et bundis
unusquisque tenet vel tenere debeat balliam suam
et si aliquis eorum de bosco vel de terra domini Regis ali-
quid sibi attraxerit vel aliquid sibi appropriavit de ceteris
talibus forestae quod ad dominum Regem debeat pertinere et quid
et quantum valuerit per annum. Item inquiratur si in ali-
qua balliva sint plures forestarii quam esse debeant et solent et quot
sufficiant ad balliam illam custodiendam et qui illorum

sint baluas ad opus dni Regis et qui non et si aliqui eorum
qui modo sunt for' aut qui fuerunt for' post ultima
placita for' culpabiles sunt de aliq' transgressione for'
et de qua transg'. Item inquiratur si qui for' aut balli
finem vel mercedem ceperint de chiminag' aliam
quam ad ballam suam pertineat et in carta de libta
tib; for' contineatur. qui ceperint finem vel mercedem
de forestar' ad ponend' eos in officio for' et postquam
finem illum ceperint amoverint eos et alios posuerint
in loco eorum pro novo fine ad dampnum dni Regis
et ad gravamen patrie. Item inquiratur qui for' fecerint
scotales aut colligerint garbas avenas agnos
porcellos aut aliquam h'i collectam fecerint aut cons'
aut extorcionem per forestam levaverint de novo aliquod
aliud gravamen fecerint alicui de balla sua contra assisam
foreste et contra tenorem carte foreste et quod gravamen
et qualiter. etc.

Expliciunt capitula fforeste. Incipiunt stat' de
regardo faciendo.

Henr' dei gra' etc. R. de Clifford custos salutem. Preci
pimus tibi quod sine aliqua dilatione convenire fac'
omnes for' et regardatores suos et loco mortuorum ad
regard' faciendum de balla tua ante adventum
justic' nostrorum de for' et loco regardator' qui mortui
sunt aut infirmi alios eligi fac' ita quod duodecim sint
in quolibet regardo et nomina eorum imbreviari. Et for' de
bent jurare quod ducent pred' milites electos per totam
ballam suam ad videnda omnes transg' que continentur in
scripto capitulorum quod tibi mittimus et quod hoc non dimit
tent pro aliqua re. Debent etiam milites jurare quod

faciendum regardum sicut debet et solet fieri et quod ibunt sine
forestariis eos ducere et si forestarii noluerint vel nescierint illos
ducere vel aliquod forisfactum celare voluerint ipsi omittere non
dimittant pro illis quin illud videant et inbrevient et quod
pro illis re dimittat. Et hoc breve et capitula predicta coram scribantur
et mittantur in quolibet regardo. Ita quod regardatores secundum
formam predictorum articulorum possint operari et quod regardum fiat
ut prius etc. etc.

Videnda sunt assarta facta in foresta post principium secundi
anni prime coronacionis domini H. regis filii regis J. et
estimacionem secundum numerum acrarum. Et inquirendum
est quis illa fecit et quis ea modo tenet et quo blado
inbladiata fuerint et si modo inbladiata non fuerint. Et in
quirendum est quo blado inbladiata fuerint post principium secundi
anni prime coronacionis predicti domini H. regis sive post ultimum
regardum post predictum tempus factum. Et inbladacio hi
nagia scribatur per se inbladacio tramesii scribatur per se. Et
inquirendum est de cuius feodo fuerint et ad quam villam pertinent. Et
assarta que facta fuerint post principium secundi anni prime corona
cionis predicti domini H. regis scribantur et illa que postea fuerint per se.

Item videnda sunt omnes purpresture veteres et nove facte post princi
pium secundi anni prime coronacionis predicti domini H. regis ubicumque
facte fuerint sive in bosco sive extra in landis bruer[iis] mar
iscis turbariis stagnis vivariis scopis fossatis et lebis qualitercum
que modo occupate fuerint. Nisi sit vivarium stagnum mar
lera vel fossatum extra coopertum foreste que facta fuerint post con
fectionem carte domini H. regis de libertatibus foreste et veteres scri
bantur per se et nove per se et quis ea nunc teneat. Item vi
denda sunt omnes purpresture de terra arrabili facte post confec
tionem carte domini H. regis de libertatibus foreste et estimacio per
numerum acrarum et videndum quo blado inbladiate fuerint.

Et videndum quo blada inbladata non fuerint post predictum tempus sive
post ultimum regardum, et quis ea teneat et ad quas villas pertineant
et scribantur etc. Item videnda sunt omnia vasta boscorum tam nova
quam vetera facta post principium secundi anni prime coronacionis domini
H. Regis et inquirendum quis illa modo teneat, et quis ea fecit
et de cuius feodo sint, et quorum bosci fuerint et ad quam villam perti
neant, et vetera scribantur per se et nova per se. Item videndi sunt
dominici bosci domini Regis et quibus temporibus de quercu et fago fac
tis post principium secundi anni prime coronacionis domini H. Regis
sive post ultimum regardum, et quod factum fuit et debet per se dili
genter annotari et per se scribi. Et inquirendum est, si bosci
dedicati fuerint de suo bosco et cultivata, et dedica
cio bosci et cultivacio scribantur per se. Item videnda sunt
dominica haia domini Regis ubi nemo communicat, utrum sint custo
dita de herbagio et aliis sicut custodiri debent et scribantur etc.
Item omnes purpresture et omnia vasta et assarta facta in dominicis
boscis domini Regis videantur et imbrevientur, eodem modo quo
fieri solebant ante confectionem Carte domini H. Regis
de libertatibus concessis probis hominibus Anglie. Item videnda
sunt aerie ostriorum, sperveriorum et falconum in quibus bos
cis fuerint et qui inde capere debent et consueverunt, et scribantur
etc. Item videnda sunt forgie et minerie in cuius feodo
fuerint, sive in dominico bosco domini Regis sive extra. Et inquirendum
est qualiter tenentur et redditus reddant et quis eas fieri
fecit et qui inde capere debent et consueverunt et a quo tempore
incepte fuerint et scribantur etc. Item videndi sunt portus
maris in quibus applicant naves vel batelli ad asportan
dum maeremium vel buscam de foresta et quis inde
de novo qui non fuit tempore domini H. Regis fecerunt, et qui
cum feodo vel maeremium vel buscam portant
et per quem et in cuius feodo sunt et scribantur etc.

Item videndum est de avellis si sunt in foresta quis illud invenit
et de meo herede debuit an dominus Rex an alius. Item viridarii
debent attente inquirere in tenere suo si quis habet in fo
resta arcus vel sagittas aut leporarios aut balistas aut
brachettes aut aliquod aliud ingenium ad malefaciendum domino
Regi de forestis vel feris omnes etc.

Explicit statutum de regardo faciendo. Incipit statutum
de composicione monete.

Per discretionem tocius Regni Anglie fuit mensura
domini Regis composita videlicet quod denarius
Anglie qui vocatur sterlingus rotundus et sine
tonsura ponderabit xxxii grana frumenti in medio spice
Et xx denarii faciunt unciam et xii uncie faciunt li
bram continentem xx solidos. Et octo libre frumenti faciunt galonem
vini. Et viii galones frumenti faciunt busselum London
quod est octavam partem quarterii etc.

Explicit statutum de composicione monete. Incipit statutum
de moneta.

Pur countre les damages et les perils qe sunt
avenuz ca en arere et purrunt avenir de la
monoie dengleterre est ensint ordinez
qil soit criez et defenduz de par le Roi
par tut le realme en totes les villes mar
chandes qe nul home soit si hardiz de
prendre ne mettre ne receivre monoie
dautre coigne qe del coigne le Roi dengleterre
ou de Irlande ou de Escoce. Ensement qil seit defen
duz de par le Roi qe nul ne porte deniers en ceste
terre si ceo ne soit pur ces despenses. ne ne seit

se hardiz de amer en Engleterre si face de cement nel
face par bone temoignance soit pris a Dovre et a Sand
wiz e a Londres et a Seint Botulff et a Suthampton
e as autres com portz. Et quant il vendra a aucun de ceo
avantdiz qil bien e loialment mostre ces deners a
celui qe serra assignez de par le Roi saunz nule
maniere de concelement sur forfeiture de corps e de aver.
Et qe de sterlinges ne emporte ne alloigne le aver
par lui ne par autre jesques atant qe la moneie soit
veue e examinee par celui qe le Roi assignera. ¶ Dere ¶ ij.
chiff qil soit crie e defenduz par le Roi sur forfetu
re de corps e de aver qe nul ne soit si hardiz de
mettre nule manere de moneie entre draps e
fardels ne en bales ne en aucune manere dount
suspecion puisse estre de nul concelement. Et si nul
tiel soit trove celui qe le trovera eit iiij. deners
de la livere e tut le remenant soit au Roi. ¶ En ¶ iij.
core qil soit criez e comande par le Roi qe qi en
ges trovesse deners fors de autre coigne qe del coigne
del Roi Dengl. Derlandes ou desrotez ou deners reto
undu qe nul les preigne e qe nul ne soit si hardiz de
contredire sur grevouse forfeture. Et qe les trove
ra faus qil soit depessez e qe nul le countre die
sur meisme la forfeture. Les deners portez soient
renduz a celui a qi il sunt e les faus serront depes
sez saunz rendre. Et le corps en qi mains les
faus deners ou retounduz apert soient trovez
soit pris e restuz jesqes atant qil eit trove
son garant sil est home suspecionus. ¶ Et pur ¶ iiij.
ceo qe multz de gentz povres e riches ne sevent
conustre les legers deners e les retounduz si est

ordine q̄ qi desormes denera retenire ou deliverer deners
les retenire ou deliuere par peis de. vi. souz en amont
de. xx. souz en aual par tomberell liuere p̄ le gardein
del eschaunge merche del merche le roi ausi come
sont les mesures. Et bien list a chascun de pesser le de
ner deuaunt coigne q̄ del coigne le roi Dengleterre
Dirlande ou descoce. Les peis serront auxi liuerez
Cvj. z mercheez par le gardein del eschaunge cum le tom
berell. Le roi z le gardein de la moneie qui vendra
del countee quant il auera regarde al oil il le pessera z
trouera sil de noueuex deners ge la li. ne pesse mie
xx. s. par numbre de .iiij. deners. Donq regarde
il p̄ le tomberell ou la defaute serra. z cil seient
deners q̄ sunt mout rognez si tost entrent la li.
xx. s. z vj. deners. Ja lemeins seient liuerez a
celui qi auera perce saunz countredit. mes si plus
serroint fait auxi bien de ceaux come des autres.
Et le Gardein auant dit se prenge bone garde qil
ne prenge dum ne loer. pur faire nule manere
deport en execution ne fare. ne nul delai auxi com
il vent sauuer sei z ses biens. z c.

Explicit statutum de moneta. Incipiunt articuli eius
dem.

Ces sunt les choses q̄ sunt de cea la mer z de la a grant
damage nostre seign̄ le roi de son poeple z a grant corup
cion de la moneie Dengl. Primerement home fait
deuers la mer vne manere de moneie dargent ove
vne mitre. les xx. s. de la quele moneie ne peisent
Cvij. mesqe. xvj. s. z .iiij. deners. Dengl. Derechief lem fait
de cea la mer deux autres moneies ove lionns dont lū ad

voides en la une moneie en lautre vint. mes q'il sunt angl
leggere cum la moneie de autre. ¶ Encore lem fait angl de iij.
ceo cum de la une manere de fause moneie pur de quivere
et est enblanchi. et quant ele est novele ele resemble de la mo
neie dengl. ¶ Ih ad uncore un autre manere de moneie iiij.
q' est fait en Alemaigne desuz le nom roi Edward dEn
gleterre. et cele ne poet estre conu sil ne seit par peis.
¶ Une autre fauceine est. q' lem fait en la moneie. si est v.
q' li ad ascuns qi portent places de peutre ou de plumb
en la forme de un dener. et les mettunt entre deus
foils dargent. et puis le fermunt en coigne. ou entre autres
deners bien forgez destre feru. ¶ Les autres angl bien vj.
de ceo cum de la retondent la bone et leale moneie au
damage de tote la commonance. ¶ Cestes moneies q' sunt vij.
faites ou retoundiz hors dengl sunt aportez par trespassanz. et nō
menent par marchanz. et pur ceo qil sevent bien
q' home les serchent a Dovere. il les metunt entre
draps et en bales. si ne veignent mie a Dovere ne a Sand
wiz. mes si veignent a Lundr' ou en Essex. ou en
Suffolk. ou en Lindesie ou as autres portz en Engle
terre ou il quident trover mil contrester. Des queles
choses sil fussunt legement enquises eles mettroient
la moneie dEngleterre avant etc. ¶ Explicit
¶ Fait par Willame de la Marche

Edwardus dei gracia etc. vic' salutem. Quia mercato
res alienigene et etiam indigene regni nostri de
die in diem deferunt in idem regnum de partibus trans
marinis monetam nostram retonsam et aliam de
diversis cuneis contrafactam monete nostre conjectam nego
ciatores et mercatores de eadem moneta in nostri dampnum

et totius populi regni nostri non modicum ac etiam in subversionem totius
monete nostre. Nos super hoc ne fortassis per tolleranciam
longiorem periculum magis immineat remedium adhibere vo-
lentes: tibi precipimus sicut alias quod in pleno comitatu tuo
et in singulis civitatibus et villis mercatoriis eiusdem com-
itatus firmiter inhiberi et publice proclamari facias ne quis mer-
cator alienigena vel quicumque alius huiusmodi monetam nostram re-
tonsam nec etiam aliam de aliis cuneis contrafactam de cetero
in regnum nostrum deferat vel etiam mercando vel negociando
utatur. Quod si fecerit: prima vice qua fuerint super hoc depre-
hensi monetam illam retonsam vel etiam contrafactam
amittant. Et si eidem in consimili delicto deprehensi fu-
erint monetam illam et etiam alia bona sua secum
inventa amittant. Et si tercia vice idem delictum
commiserint et deprehensi fuerint de corporibus suis et etiam
de bonis et catallis suis nobis totaliter incurrant. Alii autem
qui mercatores non fuerint et monetam suam retonsam
vel aliam huiusmodi contrafactam habuerint statim eam perforent et
ad escambium nostrum transmittant de novo sub cuneo
nostro cudendam alioquin in quorumcumque manibus mo-
neta huiusmodi reperta fuerit nobis sit plenius pertinens forisfacta. Et
nisi hoc mandatum nostrum plene exequaris ad te et tua gravi-
ter capiemus. T. W. de Marchia thesaurario nostro an-
no regni nostri vicesimo etc.

Explicit articuli de moneta. Incipiunt capitula que tangunt coronam.

De vetitis placitis Corone que fiunt coram justiciariis domini
Regis et non fuerint terminata de novis placitis co-
rone que postea emerserint tempore pacis. De illis
qui sunt in misericordia domini Regis et non sunt amerciati.

De valettis et puellis qui sunt et esse debent in custodia domini Regis si sint maritati vel maritandi et si sint maritati quibus et per quem et quantum terre eorum valent per annum. De ecclesiis que fuerint in donacione domini Regis que ecclesie ille sint et qui illas habent et per quem et quantum valent per annum. De escaetis domini Regis que sint et qui illas tenent et per quem et per quod servicium et quantum valent tam de terris Normannorum quam de aliis. De serianciis domini Regis que sint et qui illas tenent et quomodo seriancie ille sunt et quantum valent. De purpresturis factis super dominum Regem sive in terra sive in aqua sive in libertate sive extra libertatem ubicumque. De illis qui ceperint dona ab hiis qui hospitati sunt contra contra assisam inde provisam. De mensuris factis et iuratis per regnum si sint servate sicut provisum est et hoc intelligatur. De ulnis mensuris tam de vinis, ponderibus quam de aliis mensuris. Et si custodes mensurarum ceperint mercedem ab aliquo ut possent ab eis emere et vendere. Et si assisa latitudinis pannorum servata sit. Et de hiis similiter qui vendiderint pannos contra assisam. De thesauro inuento. De vinis venditis contra assisam. De coronatoribus et aliis ballivis domini Regis qui convenire fecerint hundredum pro inquisicione facienda. De morte hominis et aliis placitis corone ubi ceperint denarios pro defalta. De burgagio tenato non servato. De hiis qui tenuerint placitum de baronia sine warranto. De christianis usurariis qui fuerint et qui catalla habent et qui catalla illa habuerint. De catallis Iudeorum occisorum et eorum cartis et vadiis et qui ea habent. De catallis Francorum vel Flandrensium et aliorum inimicorum domini Regis retentis et quis illa habeat. De falsonariis et tonsoribus denariorum. De moneta et excambio domini Regis

Et quis fecit monetam vel escambium sine dno Rege vel ca
capitali Justic'. De Burgatoribus & aliis malefactoribus & eorum
receptatoribus tempore pacis. De fugitivis & si quis reddiderit
sine waranto. De hiis per quorum terras utlagati vel
burgatores transierunt & qui non secuti sunt sectas post
eos sicut facere debuerunt. De mercatis remotis ab eo
dic in alium sine licencia dni Regis. De mercede capta
pro blado vel aliis catall' dimittend' ne capiantur ad cap'.
Et similiter de prisis factis per vic' vel per constabular' vel
alios ballivos contra voluntatem eorum quorum catalla fuerunt.
De novis consuetudinibus levatis in regno sine werra
sive magna & quis ea levavit & ubi. De defaltis sum'
de hiis qui sum' fuerunt ad esse coram Justic' itin' primo
die placiti & non fuerunt. De gaolis deliberatis sine waran
to dni Regis vel Justic' suorum. De malefactoribus in parcis
& vivariis & qui illi fuerunt. De rapinis & prisis factis de
extraneis & per quos facte sunt & ubi & quando. De Wrecco maris
De occasione latronum. De hiis qui permittunt ballivos dni Re
gis intrare terras suas ad faciend' sum' & attachiamenta
& districciones pro debitis dni Regis vel aliis rebus sine speciali
precepto dni Regis. De ballivis qui ceperunt dona pro recogni
toribus amovendis de iuratis & assisis. De hiis qui tenent
terras Normannorum Flandrensium aut aliorum extraneorum de
quocumque feodo sint & quo waranto eas tenent vel de
quibus dns Rex talia feoda concessit conferenda. De hiis
qui subtraxerint sectas comitatuum, Tethinges, hundr'
& auxilia vic' post guerram inter Regem H. & Barones su
os per voluntatem vic' & ballivorum suorum sine voluntate
& assensu dni Regis. De vic' & aliis ballivis dni Regis
qui ceperunt redempcionem de valettis tenentibus integra
feoda militum ne fierent milites ad mandatum dni

Regis cum speciale mandatum inde habeant. De ballivis magnatum fec
da mutuum [illegible] et plene etatis milites faciend' existentibus.
De vic' et aliis ballivis qui tenent placita. De [illegible]
et placita Corone et eminent in Com' hundr'. vel alibi per
sacrum. xx s. cum nullam inde habeant potestatem sine speciali pre
cepto dni Regis. et hoc per breve suum. De escaetoribus vic' et aliorum
ballivorum suorum sive magnatum libertatem sint sive extra qui aliquid
placitum fovernt aliquid pro perquirenda terra vel custodia heredum
vel denariis perquirend' vel aliorum alterius profectus per quod
iusticia et veritas suffocatur. De vic' et aliis ballivis ambidex
tris qui capiunt ex una parte et alia. De wapentachiis trethingis
positis ad firmam per vic' vel ballivos suos quan
tum valent et per quantum posita sunt quolibet anno ad firmam
temporibus vic' predictorum et per quantum modo posita sunt. De prisis
dni Regis sive in terra sint sive in mari sive in aqua
dulci vel in libertatibus existentibus ad castra sua sive ad Ci
vitates sive ad burgos suos vel in aliis locis que et
quantum valent et quis ea occupavit, celavit, vel suffo
cavit et quis ea cepit. De constabulariis vel aliis et quid
valent. De pravis ballivis quibuscumque facientibus cervisiam
que vocatur Scotale et quidocumque Gildonale ut extorqueant
pecuniam a sequentibus hundr' et eorum subditis etc.

Expliciunt capitula que tangunt Coronam. Incipit
Assisa panis.

Quant le quarter de frument sest vendu pur xii s.
deners, dong pesera le gastel de ferling bien bul
te et bien quit vi li. et xvi s. soutz. Le pain ko
ket meisme le ble et de meisme le boltel pesera plus
qe le gastel de ii s. Et de ble de maindre pris pesera
plus qe le gastel de iiii s. Le simnel pesera meins

Et [illegible] qui fit vendere [illegible] xii d. et aliud pro xiiii d. minorat' inde pondero [illegible] vi d. [illegible] xii d. iiii [illegible]
Item qui vendit pro xi d. et aliud pro xi d. vi d. minorat' inde pondero pro [illegible]
Et [illegible] quacumque pistor defecit in pondere panis [illegible] ii d. vi d. [illegible]
[illegible] et si excedit ii d. vi d. patet iudicium [illegible] pecunie

Del gastel de .ij. s. ¶ Le pain de tut froment peisera un coket
e demi. e le pain de touz blez peisera deux cokez. e le
pain de treit peisera deux gasteus. ¶ Quant le quarter de
forment pur .xviij. deners donq peisera le gastel de fer
linge .iiij. li. x. s. e viij. deners. ¶ Quant pur .ij. s.
donq donq .lxviij. s. Quant pur .ij. s. e vj. deners.
donq .liiij. s. iiij. deners. Quant pur .iij. s. donq .p'
xlviij. s. Quant pur .iij. s. e vj. deners. donq .xlj. s.
Quant pur .iiij. s. donq .xxxvj. Quant pur .iiij. s. e
vj. deners. donq .xxx. s. Quant pur .v. s. donq .xxviij.
s. ij. deners. ob. Quant pur .v. s. e vj. deners. donq.
xxviij. s. viij. deners. q. Quant pur .vj. s. donq .xxvj.
s. viij. deners. Quant pur .vj. s. e vj. deners. donq.
.xx. s. xj. deners. Quant pur .vij. s. donq .xxix. s. un dener.
Quant pur vij. s. e vj. deners. donq .xviij. s. j. dener. ob.
Quant pur .viij. s. donq .xvij. s. Quant pur .viij. s. e vj.
deners. donq .xvj. s. Quant pur .ix. s. donq .xv. s.
Quant pur .ix. s. e vj. deners donq .xiiij. s. ob. Quant
x. s. donq. donq .xiij. s. iiij. d. q. Quant pur .x. s.
vj. d. donq .xij. s. xj. d. q. Quant pur .xj. s. donq
xij. s. iiij. d. q. Quant pur .xj. s. vj. d. donq .xj. s.
e x. d. Quant pur xij. s. donq. etc.

Explicit assisa panis. Incipit lucrum pistoris

Fait asaver qe le pestor pūt gainer en chescun
quarter de forment si com il est provez par
les pestours le rei .iiij. d. et son bran e deux
pains al fornage e a treis garzons .j. d. ob.
e a deux garzons. ob. e en sel. ob. e en gesto. ob.
en chaundele. q. en busche .ij. d. e en bolcele aloer. ob. etc.

Explicit lucrum pistoris. Incipit assisa cervisie.

Quant le quarter de furment se vend pur .iij. s. ou pur .xl. deners. e orge pur .xx. deners. ou pur .ij. souz. Et aveine pur .xvj. deners. donq pount les Braceres vendre en Citee deus galons de cerveise a un dener. Et en Burgh .iij. a dener. Ceste assise deit par reson estre comaunde que seit tenue par tote la terre Dengleterre &c. [illegible] [totam Angliam]

Explicit assisa cervisie. Incipit iudicium pillorii.

Si pistor convictus fuerit vel Braciatrix convicta quod istas assisas non observaverint, primo et secundo et tercio amercietur secundum quantitatem delicti si non graviter deliquerit. Et si graviter deliquerit pluries et castigari noluerit, patiatur iudicium corporis scilicet pistor collistrigium et Braciatrix trebuchetum vel castigatorium. Primo exige legales homines invenire fideliter colligere omnes mensuras ville, videlicet bussellum, dimidium bussellum, galonas, potellos, quartas tam de tabernis quam aliis, ulnas et pondera ville per que ponderant panem ville et per que ponderat panem suum. Et sic de quolibet genere panis unum panem. Et super mensuras, ulnas, pondera et super singulos panes scribantur eorum nomina distincte quorum sunt et mensuras molendinorum colligant. Postea invenire .xij. legales homines fideliter respondere de interrogatis ab eis ex parte Regis, querant ab eis que secreta sunt et si que sunt secreta, proponant secreta et simul respondeant. Et mandet ballivis quod habeant

corpora omnium pistorum. et Braciatorum una cum mensuris et omnibus ali-
is subscriptis. Primo queratur de venditione frumenti videlicet
quomodo vendebatur ultimo die mercati quarterium melioris frumenti
quomodo quarterium mediocris precii et quomodo tercii precii. et
quomodo quarterium ordei et avene. Postea quomodo pon-
derant panes pistorum in curia sua. videlicet wastellum et alios
panes et secundum venditionem melioris precii aut mediocris precii
aut tercii precii. Item pro quanto incremento vel decremento in
venditione quarterii frumenti debeat pistor mutare assisam suam et
pondus panis sui. Item quantum debeat ponderare was-
tellum de quadrante et omnes alii panes secundum venditionem quar-
terii frumenti quam presentare. Item pro quanto defectu ponderis pa-
nis de quadrante pistor debeat amerciari vel subire in-
dicium pillorii secundum consuetudinem curie sue. Item si aliquis se-
nescallus vel ballivus pro aliqua mercede remiserit iudicium pil-
lorii vel tumberelli adiudicatum vel de iure adiudicandum.
Item si habeat pillorium in villa debite fortitudinis secundum quod perti-
net ad libertatem mercati quo uti possit si necesse fuerit et sine
periculo corporis hominis et mulieris. Postea queratur de assisa
et venditione vini post recessum justiciariorum itinerantium vel coro-
natorum qui fuerunt ultimo in ipso mercatu in villa videlicet de no-
vinetariis et pro quanto vendiderunt sextarium vini. Item
si aliquod vinum sit in villa corruptum et quod corpori ho-
minis non sit sanum. De assisa cervisie in curia ville qua-
lis sit et si observetur sive autem. Que braciatrices ven-
diderunt contra assisam et nomina earum districte et aperte
presentent et pro quo delicto amerciari debent vel pati
iudicium tumberelli si contra assisam vendiderint.
Item si qui sunt in villa qui per unam mensuram emunt
et per aliam vendunt. Item si quis utatur falsis ulnis et
falsis ponderibus aut mensuris. Item si qui carnifices

vendunt carnes suspectas vel de morina. Item
de cocis si qui decoquunt carnes vel pisces in pane vel
in aqua vel alio modo non sanas corpori humano vel postquam
talia retinuerint ita quod debitam naturam amiserint et ea reca-
lefaciant et vendant. Item si forestallarii qui ante
horam debitam in villa statutam aliquid emendo contra
statutum ville et mercati et qui circueunt villam rebus ve-
nalibus obviantes extra villam eundo ut in villa ca-
rius vendant. Regratores quam faciunt hii qui cervisias por-
tabunt si in mercato vendiderint. Quando quarterium ordei ven-
ditur pro ii. s. tunc quatuor lagene cervisie vendantur ad
denarium. Quando pro iii. s. tunc iii. lag. ad i. denar. Quan-
do pro ii. s. et vi. denar. tunc v. lag. pro ii. denar. Quan-
do pro iiii. s. tunc ii. lag. ad denar. et deinceps crescet
et diminuetur per vi. denar.

Explicit iudicium pillorie. Incipiunt nove custu-
me de mercatoribus.

Rex Archiepiscopis Episcopis etc. Circa bonum statum omnium mer-
catorum subscriptorum regnorum terrarum provinciarum videlicet
Alemannie Francie Hispannie Portingalie Navarre Lom-
bardie Tuscie Provincie Catalanie Ducatus nostri
Aquitanie Tholosanie Caturcini Flandrie Brabantie
et omnium aliarum terrarum et locorum extraneorum quocumque nomine censeantur
venientium in regnum nostrum Anglie et ibidem conversantium nos
precipua cura sollicitat qualiter sub nostro dominio tranquillitatis et
plene securitatis immunitas eisdem mercatoribus futuris tem-
poribus preparetur. Ut itaque ipsorum reddantur ad nostra et
regni nostri obsequia promptiora ipsorum peticionibus favorabiliter an-
nuentes et pro statu eorundem plenius assecurando in forma
que sequitur ordinavimus subscripta dictis mercatoribus pro

nobis et heredibus nostris imperpetuum duximus concedenda sub forma inferius annotata In pri-
mis videlicet quod omnes mercatores dictorum regnorum et terrarum
salvo et secure sub tuicione et proteccione nostra in dictum regnum
Angl' et ubicumque infra potestatem nostram alibi veniant cum
mercandisis suis quibuscumque de muragio, pontagio
panagio liberi et quieti quodque infra idem regnum et
potestatem nostram in Civitatibus burgis et villis merca-
toriis possint mercari dumtaxat in grosso. tam cum in-
digenis quam incolis eiusdem regni et potestatis nostre pre-
dicte quam tam alienigenis extraneis vel privatis. Ita ta-
men quod merces que vulgariter mercerie vocantur ac
species minutatim vendi possint prout antea fieri con-
suevit. Et quod omnes predicti mercatores mercandisas su-
as quas ipsos ad predictum regnum et potestatem nostram addu-
cere seu infra idem regnum et potestatem nostram emere
vel alias adquirere contigerit possint quo voluerint tam
infra regnum et potestatem nostram predictam extra ducere seu
portare facere preterquam ad terras manifestorum et no-
toriorum hostium regni nostri solvendo consuetudines
quas debebunt vinis dumtaxat exceptis. que de
regno nostro seu potestatem nostram ducta fuerint sine
voluntate nostra et licencia speciali non liceat eis edu-
cere quoquo modo. Item quod dicti mercatores in Civitatibus
burgis et villis predictis pro voluntate sua hospitari va-
leant sine morari cum bonis suis ad gratum ipsorum
quorum sunt hospicia sive domus. Item quod quilibet con-
tractus per ipsos mercatores cum quibuscumque personis unde-
cumque fuerint super quocumque genere mercandise initus fir-
mus sit et stabilis. Ita quod neuter mercatorum ab
illo contractu possit discedere vel resilire postquam
denarius dei inter principales personas contrahentes datus
fuerit et receptus. Et si forsan super contractu huiusmodi contencio

certum fiat inde probatio vel inquisitio secundum usus et consuetudines feri-
arum et villarum ubi dictos contractus fieri contigerit et iniri. Item
promittimus prefatis mercatoribus pro nobis et heredibus nostris im-
perpetuum concedentes quod nullam prisam vel arestationem sive
dilationem occasione prise de cetero de mercimoniis mercandi-
sis seu aliis bonis suis per nos vel per alium vel per alios
pro aliqua necessitate vel casu contra voluntatem ipsorum mer-
catorum aliquatenus faciemus nisi statim soluto precio pro quo
ipsi mercatores aliis huiusmodi mercimonia vendere possint
vel eis aliter fiat satisfactio ita quod reputent se conten-
tos. Et quod super mercimoniis et mercandisis seu bo-
nis ipsorum per nos vel per ministros nullo appreciatio vel
estimatio imponetur. Item volumus quod omnes ballivi et
ministri feriarum civitatum burgorum et villarum mer-
catoriarum mercatoribus antedictis conquerentibus coram eis ce-
lerem iusticiam faciant de die in diem sine dilatione
secundum legem mercatoriam de universis et singulis que
per eandem legem poterunt terminari. Et si forte inve-
niatur defectus in aliquo ballivorum vel ministrorum unde
iidem mercatores vel eorum aliquis dilationis incommo-
da sustinuerint vel sustinuerit licet mercator versus
partem in principali recuperaverit dampna sua nichilominus
ballivus vel minister alius versus nos prout delictum
exigit puniatur. Et punitionem istam concedimus in
favorem mercatorum predictorum pro eorum iusticia maturanda.
Item quod in omnibus generibus placitorum salvo casu criminis
pro quo infligenda sit pena mortis ubi mercator
implacitatus fuerit vel alium implacitaverit cuiuscumque condi-
cionis idem implacitatus extiterit extraneus vel privatus in
nundinis civitatibus sive burgis ubi fuerit suf-
ficiens copia mercatorum predictarum terrarum et inquisitio
fieri debeat sit medietas inquisitionis de eisdem

mercatoribus et molestias aliqua de aliis probis et legalibus hominibus locorum illorum
ubi placitum illud esse contigerit. Et si de mercatoribus dictarum
terrarum numerus non inveniatur ibidem et residui fiant de aliis
bonis hominibus et idoneis de locis ubi placitum illud erit. Item
volumus et ordinamus ac statuimus quod in qualibet villa mercatoria et feria regni nostri predicti et alibi infra potestatem nostram
pondus nostrum in certo loco ponatur et ante ponderacionem
statera in presencia emptoris et venditoris vacua videatur
et quod brachia sint equalia et ex tunc ponderator ponderet in
equali statim amoveat manus suas ita quod remaneat in equali quodque per totum regnum et potestatem
nostram unum sit pondus et una sit mensura et
signo standardi nostri signentur et quod quilibet possit habere
stateram unius quarteroni et infra ubi contra dominum loci
aut libertatem per nos seu antecessores concessam non
fuerit sive contra villarum aut feriarum consuetudinem hactenus observatam. Item volumus et concedimus quod aliquis
certus homo fidelis et discretus London' residens assignetur
justiciarius mercatoribus memoratis coram quo valeant specialiter
placitare et debita sua recuperare celeriter si vicecomites et maiores non facerent eis de die in diem celeris justicie complementum et inde fiat [illegible] extra cartam presentem concessa
mercatoribus antedictis scilicet de hiis que sunt inter mercatores secundum legem mercatoriam deducenda. Item ordinamus et statuimus et ordinacionem statutam per nobis et heredibus nostris imperpetuum volumus firmiter observari quod pro
quacumque libertate quam nos vel heredes nostri deinceps concedimus prefati mercatores supradictas libertates vel earum
aliquam non amittant. ¶ Pro supradictis autem libertatibus et liberis consuetudinibus optinendis et prisis nostris
remittendis eisdem supradicti mercatores universi et

singuli pro se et omnibus aliis de partibus suis nobis concorditer et una
nimiter concesserunt quod de dolio vini quod adducent vel addu
ci facient infra regnum vel potestatem nostram et unde ma
rinariis frettum solvere tenebuntur solvent nobis et he
redibus nostris nomine custume duos solidos ultra antiquas custu
mas debitas et in denariis solvi consuetas nobis aut aliis
infra xl. dies postquam extra naves ad terram posita fue
rint dicta vina. Item de quolibet sacco lane quem dicti
mercatores aut alii nomine ipsorum ement et de regno nostro edu
cent aut emi et educi facient solvent xl. denarios de in
cremento ultra custumam antiquam dimidie marce que pri
us fuit persoluta. Item pro lasto coriorum extra regnum et po
testatem nostram vehendorum dimidiam marcam supra id quod
ex antiqua custuma antea solvebatur. Et similiter de
trescentis pellibus lanutis extra regnum et potestatem nostram
ducendis xl. denarios ultra certum illud quod de antiqua custu
ma prius fuit datum. Item ii. solidos de qualibet scarle
ta et panno tincto in grano. Item xviii. denarios de quoli
bet panno in quo pars grani fuit intermixta. Item xii.
denarios de quolibet de quolibet panno alio sine grano. Item
xii. denarios de quolibet quintallo cere. Cum que de prefatis
mercatoribus nonnulli eorum alias exerceant mercandisas
ut de averio ponderis et de aliis rebus subtilibus sicut de pan
nis tarsensibus de serico de cindatis de seta et aliis diversis
mercibus et de equis etiam et aliis animalibus blado et aliis rebus et mer
candisis multimodis que ad certam custumam facile po
ni non poterunt, iidem mercatores nobis dare concesse
runt et heredibus nostris de qualibet libra argenti estimationis
seu valoris rerum et mercandisarum huiusmodi quocumque nomine cense
antur iii. denarios de libra in introitu rerum et mercandisarum
ipsarum in regnum et potestatem nostram predictam infra xx. dies

postquam huiusmodi res et mercandise in regnum et potestatem nostram
adducte et ibidem exonerate seu vendite fuerint. Et si-
militer tres denarios de qualibet libra argenti in exitu
earundem quarumcumque rerum et mercandisarum emptarum in reg-
no et potestate nostra predictis ultra custumas antiquas
nobis aut aliis ante datas. Et valore et estimatione rerum
et mercandisarum huiusmodi de quibus tres denarii de qualibet
libra argenti sicut predictum sunt solvendi, creda-
tur eis per litteras quas de dominis aut de sociis su-
is ostendere poterunt. Et si litteras non habeant,
stetur in hac parte ipsorum mercatorum si presentes fue-
rint vel valettorum suorum in eorundem mercatorum ab-
sentia iuramentis. Liceat insuper sociis de soci-
etate mercatorum predictorum infra regnum et potestatem
nostram predictam lanas vendere aliis sociis suis
et similiter emere ab eisdem absque custuma solvenda,
ita tamen quod dicte lane ad tales manus non deveniant
quod de custuma nobis debita defraudemur. Et preterea est sci-
endum quod postquam supradicti mercatores semel in uno loco in-
fra regnum et potestatem nostram custumam nobis conces-
sam superius pro mercandisis suis in forma solverint
supradicta et suum habeant inde warantum, erunt liberi
et quieti in omnibus aliis locis infra regnum et potestatem
nostram predictam de solvenda custuma huiusmodi pro eisdem mercan-
disis seu mercimoniis per idem warantum sive huiusmodi
mercandise infra regnum et potestatem nostram remaneant
sive exterius deferantur, exceptis vinis que de
regno et potestate nostra predictis sine voluntate et licen-
cia nostra sicut predictum est nullatenus educantur. Voli-
mus autem et pro nobis et heredibus nostris concedimus quod nulla ex-
actio prisa vel prestatio aut aliquod aliud onus super

MG. 10.

p(er)sonas mercator(um) p(re)dict(orum) mercatoribus ten bona co(n)su(et)udin(e) ali
quatenus imponant contra formam expressam superius et con
cessam. Hiis testib(us) venerabilib(us) p(at)rib(us) R. Cantuar(iensi)
Archiep(iscop)o Angl(ie) p(ri)mate. Walt(er)o Couentr(ensi) et Lichefeld Ep(iscop)o
Henr(ico) de Lacy Comite Lincoln. Humfr(id)o de Bohun Com(ite)
Hereford et Essex ac Constabular(io) Angl(ie). Adomaro de Va
lencia. Hugone le Despenser. Walt(er)o de Bello Campo Se
nescallo Hospicii n(ost)ri. Rob(er)to de Burges. et aliis. Dat(um)
p(er) manum n(ost)ram apud Wyndesore primo die Febr(uarii) anno
Regni n(ost)ri tricesimo primo.

Expliciunt noue custume de Mercatorib(us). Incipi
unt dies communes de banco.

Sancti Hill(arii) in octab(is) S(an)c(t)i Mich(aelis)	Dies dat(us) in dies in octab(is) S(an)c(t)i Hill(arii)
Mi(chaelis) in quinden(a) S(an)c(t)i Mich(aelis)	In quindena S(an)c(t)i Hillar(ii).
Mi(chaelis) in tr(ibus) sept(imanis) S(an)c(t)i Mich(aelis).	In Crast(ino) Purific(ationis) b(eat)e Marie
Mi(chaelis) in mense S(an)c(t)i Mich(aelis).	In Octab(is) Pur(ificationis) b(eat)e Marie.
Mi(chaelis) in Crastino animar(um)	In quindena Pasch(e)
Mi(chaelis) in Crastino S(an)c(t)i Martini	In tres septimanas pasch(e).
Mi(chaelis) in Octab(is) S(an)c(t)i Martini	In quinq(ue) sept(imanas) Pasch(e).

Et est quidam dies specialis datus: in Crastino Assen
cionis d(omi)ni et tantu(m) valet quantum quinq(ue) sept(imane) Pasch(e).

Mi(chaelis) in Octab(is) S(an)c(t)i Hillar(ii)	In ~~quindena~~ octabis S(an)c(t)e Trinit(atis) — Et in quindena S(an)c(t)i Hill(arii) in qu(in)d(ena) Trinit(atis)
Et aliu(m) in Crastino S(an)c(t)i Joh(ann)is Bapt(iste)	
Mi(chaelis) in Crast(ino) Pur(ificationis) b(eat)e Marie	In Crast(ino) et in Octab(is) S(an)c(t)i Joh(ann)is Bap(tiste).
Mi(chaelis) Octab(is) Pur(ificationis) b(eat)e Marie	In quindena S(an)c(t)i Joh(ann)is Bap(tiste).
Mi(chaelis) in quindena pasch(e)	In Octab(is) S(an)c(t)i Mich(aelis).
Mi(chaelis) in trib(us) sept(imanis) pasch(e).	In quindena S(an)c(t)i Mich(aelis).
Mi(chaelis) in mensem pasch(e)	In trib(us) sept(imanis) S(an)c(t)i Mich(aelis).

Si in quinque sept' Pasch' vel in Crast' Assencionis dni	In mensem Sci Mich'.
Si in Octab' Sce Trinitat'	In Crastino Anim'
Si in quindena Sce Trinitat'	In Crastino Sci Martini
In Crast' Sci Johis Bapt'	
Si in Octab' Sci Johis Bapt'	In Octab' Sci Martini.
Si in quindena Sci Johis Bapt'	In quindena Sci Martini

Dies communes.	De dote.
Si in Octab' Sci Mich'	In Crastino Anim'
Si in quindena Sci Mich'	In Crastino Sci Mart'
Si in tribus sept' Sci Mich'	In Octab' Sci Mart'
Si in mense Sci Mich'	In quindena Sci Mart'
Si in Crast' Anim'	In Octab' Sci Hillar'
Si in Crast' Sci Mart'	In quindena Sci Hillar'
Si in Octab' Sci Mart'	In Crastino Purif' Be Marie
Si in quindena Sci Mart'	In Octab' Purif' Be Marie
Si in Octab' Sci Hill'	In quindena Pasch'
Si in quindena Sci Hill'	In tribus sept' Pasch'
Si in Crast' Purif' Be Mar'	In mensem Pasch'
Si in Octab' Purif' Be Mar'	In quinque septimanas Pasch' vel in Crast' Assenc' dni
Si in quindena Pasch'	In Octab' Sce Trinitatis
Si in mensem Pasch'	In Crast' Sci Johis Bapt'
Si in quinque sept' Pasch'	In Octab' Sci Johis Bapt'
Si in Crast' Assenc' dni	In quindena Sci Johis Bapt'
Si in Octab' Sce Trinitat'	In Octab' Sci Mich'
Si in quindena Sce Trinit'	In quindena Sci Mich'
Si in Crast' Sci Joh' Bapt'	In tres septiman' Sci Mich'
Si in quindena Sci Joh' Bapt'	In Crast' Anim'

Expliciunt dies communes in banco

Incipit statutum Quia emptores terrarum

Quia emptores terrarum et tenementorum de feodis
magnatum in preiudicium eorundem temporibus retroactis
multociens in feodis suis sunt ingressi quibus
libere tenentes eorundem magnatum et aliorum
terras et ten' sua vendiderunt tenenda in feodo
sibi et heredibus suis de feoffatoribus suis et non de capi
talibus dominis feodorum per quod iidem capitales domini
escaetas maritagia et custodias terrarum et ten' de feo
dis suis existentium sepius amiserunt quod quidem
magnatibus eisdem et aliis dominis quam plurimum durum et di
fficile videbatur. Et similiter in hoc casu exheredacio mani
festa. Dominus Rex in parliamento suo apud Westm' post
Pascha anno regni sui xviij°. videlicet in quindena sancti Jo
hannis Bapt' ad instanciam magnatum regni concessit pro
vidit et statuit quod de cetero liceat unicuique libero homini
terram seu ten' seu partem inde pro voluntate sua vende
re ita tamen quod feoffatus teneat terram illam seu ten' de eodem
capitali domino et per eadem servicia et consuetudines per quas
feoffator illam prius tenuit et si partem aliquam terrarum
earundem seu ten' alicui vendiderit feoffatus illam teneat
immediate de capitali domino et oneretur statim de servicio
quantum pertinet seu pertinere debet eidem domino pro particula
illa secundum quantitatem terre seu ten' venditi. Et sic in
hoc casu decidat capitali domino ipsa pars servicii per ma
num feoffati capienda ex quo feoffatus eidem capitali domino
iuxta quantitatem terre seu ten' venditi de particula illa
ad servicia est debet esse intendens et respondens. Et sciendum
quod empciones terrarum seu ten' vel partis alicuius eorundem

nullo modo possit terras seu tenementa alia in feodo vel in toto ad manum mortuam [marginal: manum mortuam] [interlinear: devenire] arte vel ingenio venire contra formam statuti super hoc dudum editi. Et sciendum quod istud statutum locum tenet de terris et tenementis venditis tenendis in feodo simpliciter tantum et quod se extendit ad tempus futurum et incipit tenere ad festum Sancti Andree proximo futurum. Anno regni regis Edwardi filii regis Henrici xviij.

Explicit statutum. Quia emptores terrarum

Officium marescalli domini Regis

Querendum est quomodo quarterium melioris frumenti vendebatur ultimo die mercati. Et quarterium medii et tercii. Et quarterium ordei et avene.

Item queratur an ballivi ponderaverint panem pistorum in villa secundum venditionem melioris frumenti medii et tercii.

Item si de wastello et aliis panibus ponderaverint secundum precium bladorum. Item si habeant pillorium et tumberellum debita.

Item si inveniunt defectum panis quadrantis in pondere || fortuno

Item si aliquis senescallus vel ballivus receperit denarios a pistoribus vel aliis delinquentibus de offensa contra assisam facienda. Item si pondera sint vera et consignata. Item si tabernarii vini in villa vendiderint post ultimum recessum justiciariorum vel marescalli Regis. Item de nominibus vinetariorum qui vendiderunt contra assisam et quot dolea vendiderint per annum. Item si aliquis vinum miscuerit vel putridum vel corruptum hominibus vendiderit. Item si assisa cervisie proclamata fuerit et quomodo observetur et nomina braciatorum venditorum contra assisam. Item de illis qui emunt per unam mensuram et per aliam vendunt. Item de magna mensura vel parva in mercato quantum braciator debet capere granum in galonem. Item de carnificibus si sint aliqui in villa qui vendunt carnes contra seminudas

aut de morina vel aliquo modo morbosas vel qui emunt
carnes de Iudeis et eas vendunt christianis. Item de
cocis qui sunt in villa qui recoquunt carnes vel
pisces vel alia non bene cocta imponunt vel aliquando servant
vel plus quam uno die retinentes scilicet quod debitam naturam
amiserint recalefacientes vendunt eas. Item de
forstallariis si qui manent in villa qui horam mercati
et res venales emendas emunt et in eodem die illas
vendunt ad regratariam vel qui exeunt villam ad res
venales emendas eundo et reversi villam illas carius
vendunt quam fecissent ipsi qui eas portaverunt
et in mercato non venerunt per illos forstallarios
Item de tonsura monete si sint aliqui tales in villa
et cetera

Incipit statutum Wallie.

Edwardus dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie et dux
Aquitannie omnibus fidelibus suis de terra sua Snaudon
et aliis terris suis in Wallia salutem in domino. Di-
vina providencia que in sui disposicione non fallitur in-
ter alia dispensacionis sue munera quibus nos et reg-
num nostrum Anglie decorari dignata est terram
Wallie cum incolis suis prius nobis iure feodali
subiectam iam sui gratia in proprietatis nostre dominium ob-
staculis quibuscumque cessantibus totaliter et cum integritate convertit
et corone regni predicti tanquam partem corporis eiusdem annexuit
et univit. Nos itaque nutu divino volentes predictam terram nostram
Snaudon et alias terras nostras in partibus illis sicut et ceteras dicioni
nostre subiectas ad honorem dei et sancte ecclesie et ad zelum iusti-
cie sub debito regimine gubernari et incolas seu habitatores
terrarum illarum qui alto et basso se submiserint voluntati nostre
et quos sic ad nostram recepimus voluntatem certis legibus et consu-
etudinibus sub tranquillitate et pace nostra tractari leges et con-
suetudines partium illarum hactenus usitatas coram nobis et pro-
ceribus regni nostri fecimus recitari quibus diligenter auditis et ple-
nius intellectis quasdam ipsarum de consilio procerum predictorum dele-
vimus quasdam permisimus et quasdam correximus et eciam
quasdam alias adiciendas et faciendas decrevimus et eas
de cetero in terris nostris in partibus illis perpetua firmitate tene-
ri et observari volumus in forma subscripta. Providimus
et decernendo statuimus quod Justiciarius Snaudon habeat custodiam
et gubernacionem pacis nostre regie in Snaudon et terris nostris Wal-
lie adiacentibus et iusticiam exhibeat quibuscumque iuxta brevia
regia originalia et leges et consuetudines inferius scriptas. Volumus et
statuimus quod sint Coronatores et Ballivi Comotorum sint in
Snaudon et terris nostris partium earundem.

Vic' de Angleseya sub quo tota terra Angleseie cum cantredis
metis et bundis suis. Vic' de Kaernarvan sub quo cantre
da de Arvon cantreda de Arthlencoyth commotum de
Cruckyn cantreda de Lleen et commotum de Ywionyth
Vic' de Merionith sub quo cantreda de Merionith com
motum de Ardudo et commotum de Penthlin et commotum
de Ideirnon cum metis et bundis suis. Vic' de Flynt
sub quo cantreda de Englefeld terra de Maylorsax
neth et terra de Hope et tota terra contigua cast
ro et ville de Rothelan usque ad villam Cestrie de
cetero intendat sub nobis justic' nostro Cestr' et de exi
tibus eiusdem com' respondeat ad scaccarium nostrum Cestr'
Coronatores sint in eisdem com' per breve regium eli
gendi cuius tenor invenitur inter originalia brevia Cancell'. Sint
et Ball' commotorum qui fideliter officia sua faciant et exequantur
et eisdem diligenter intendant secundum quod per justic' et vic' eis
iniungetur. Vic' Kermerdyn cum cantredis et commotis suis
ac metis suis et bundis suis antiquis. Vic' Kardigan
et Lampader cum cantredis commotis ac metis et bundis su
is. Coronatores sint in eisdem com' et Ball' commotorum sicut
superius dictum est. De officio vic' in Wall' et modo com' tene
ndi. Vic' officium suum exercere debet sub hac forma videlicet
cum quis sibi conquestus fuerit de transgressionibus sibi
factis contra pacem domini Regis de captione et iniusta detentione
averiorum sive de namio vetito contra debito contra aliqua consuetudi
ne observato et consimilibus per breve vel sine brevi primo capiat
pleg' de pros' clamium suum vel sequatur conquerens per fidem si fuerit
pauper et postea faciat executionem prout inferius plenius decla
ratur hoc modo defendens in qualibet causa summoneatur quod
sit ad proximum com' responsurus conquerentibus ad quem com'
facta summonitione et testificata si non venerit per consideracionem
com' iterum summoneatur quod sit ad proximum sequentem com'

Comitatus est prius ad quem si non venerint: tracta summonitione testificata
per consideracionem Comitatus tercio summoniantur quod sint ad proximum tercium Comitatum post
est prius ad quem Comitatum si non venerint. ex tunc conquerentes per consi-
deracionem Comitatus tam in placitis per brevia quam querimoniarum sine brevi re-
cipiant peticiones suas cum dampnis sive emendis tam in rebus mo-
bilibus quam immobilibus prout actiones requirunt et pro huiusmodi defaltis pena
secundum legem et consuetudinem Walensicam domino regi incurratur. Et cum partes
comparuerint ad placitandum: utraque suam narrando veritatem sine calum-
pnie admittatur et secundum peticiones responsiones et allegata hinc in-
de per consideracionem Comitatus ad iudicium pro querente vel defendente pro-
cedatur et secundum qualitatem et quantitatem delicti puniatur. Et sci-
endum quod Comitatus debet teneri de mense in mensem in loco ubi dominus Rex
ordinaverit et hoc per diem lune in uno Comitatu. per diem martis in
alio Comitatu per diem mercurii in tercio Comitatu et per diem iovis in quarto Comitatu
et non per alios dies. Et cum ad Comitatum suum venerit vicecomes, in
primo audiat et recipiat una cum Coronatore et sectatoribus Comitatus pre-
sentaciones feloniarum et casuum qui contingunt inter duos Comitatus de
morte hominis hoc modo: quod quatuor villate propinquiores loco ubi ca-
sus homicidii vel infortunii contigit veniant ad proximum Comitatum
una cum inventore et Walescheria. id est parentela hominis interfecti
et ibi presentent factum felonie et casus infortunii et modum utriusque tam
pretendendo quod tali die et tali loco contingit quod talis notus sive
ignotus inventus fuit occisus per feloniam vel submersus vel alio modo
mortuus per infortunium et talis eum invenit qui presens est etc.
Et ista presentacio tam in rotulo Coronatoris quam vicecomitis statim
irrotuletur. Et si ibi fuerit homo vel femina qui per appellum sequi
voluerit: statim recipiantur plegii de prosequendo et deducatur appel-
lum in Comitatu illo. Ita quod si appellati comparuerint statim capi-
antur et in prisona domini Regis usque adventum Justiciariorum detineantur
et salvo custodiantur. Et si non comparuerint tunc ad prosecucionem
appellantis exigantur de Comitatu in Comitatum. Et si ad quartum
Comitatum non venerint vel manucapti non fuerint utlagentur

et fori[n]secis veniant & ad primum Comitatum ad quem exigentur si non compu
eruerint statim eorum terre & catalla capiantur & seisiantur in manum domini Regis.
Et tradatur sicut villatis vel inferius eodem modo procedatur in appello de
plaga mahemio rapto incendio & roberia contra appellatos si non
comparuerint & si non comparuerint & plegios invenerint sufficientes
vel ad minus vel plures standi recto in adventu Justiciarii statim re
plegientur. Et sciendum quod contra appellatos de vi precepto missione vel
receptamento non est procedendum ad utlagariam quousque de facto ali
quis convincatur. [V]icecomes faciet turnum suum in singulis commotis suis bis
in anno in aliquo certo loco ad hoc assignato scilicet semel post festum
sancti Michaelis & semel post pascha ad quem turnum omnes libere tenentes
& alii terram tenentes & in commoto illo residentes tempore summonitionis
turni tenendi exceptis religiosis clericis & feminis ibidem venire de
bent. Et vicecomes per .xii. libere tenentium [sacram] de discretioribus & legalioribus vel
plurium per discretionem vicecomitis diligenter inquirat de capitulis corone
domini Regis tangentibus subscriptis. De seductoribus domini Regis & regni domine
Regine vel liberorum suorum & eorum consentaneis. De furibus. De latro
nibus. De robatoribus. De murdritoribus. De incendiariis incendia
felonice facientibus & eorum receptatoribus & omnibus consentientibus. De [fal]
tariis qui coria bovina & equina furata scienter albificant ut
sic non cognoscantur. De reddubbatoribus pannorum furatorum eos in
novam formam redigentibus & veterem mutantibus ut de man
tello tunicam vel supertunicam facientibus & similia. De utla
gatis & illis qui regnum abjuraverint reversis. De qui contra ad
ventum & iter Justiciariorum se subtraxerunt & post iter Justiciariorum redie
runt. De raptoribus virginum sanctimonialium & matronarum honeste
viventium. De thesauro invento. De cursu aque diverso. De via
obstructa vel artata. De omnibus domibus portis fossatis & mar
leriis levatis & factis versus iter publicum ad nocumentum ipsius
itineris & in preiudicium cuiuslibet & de purpresturis facientibus & levantibus.
De [falsa]riis monete & sigilli domini Regis. De malefactoribus in par
cis & vivariis. De fugientibus per sonitum domini Regis. De capientibus

columbas volantes de columbariis de fractoribus pundbreche hoc est
de fractionibus parcorum in quibus averia imparcantur. De forstallis hoc
est de rescussu averiorum. De hamsokne hoc est de invasione
domus. De thefbote hoc est de emenda furti capta sine consi
deracione Curie domini Regis. De imprisonatis liberatis quocumque. De
escaetis. De amoventibus et asportantibus divisas. De assisa panis
et cervisie non observata et eam infringentibus. De bussell ga
lonibus et aliis mensuris iniustis. De ulnis et ponderibus iniustis et falsa
vendentibus. De hospitantibus ignotos ultra duas noctes nisi sine
fraude. De crocio levato. De tondentibus monetas nocta
ter in ovilibus et eos receptantibus vel alia avalia. De capi
entibus et colligentibus noctanter blada in autumpno et ea aspor
tantibus et de omnibus huiusmodi maleficiis inquirat. Et de iuribus
domino Regi subtractis ut de custodiis, wardis, maritagiis
relevijs, feodis, advocationibus ecclesiarum, et que sunt sectis comi
tatuum et comotorum quis ea subtraxerit et a quo tempore. Et de hiis
que sibi appropriaverunt iura regalia absque warranto ut fur
cas, emendas assise panis et cervisie fracte, placitum de
vetito namio et alia huiusmodi iura que specialiter et per prerogati
vam pertinent ad coronam domini Regis. Vicecomes autem in suo
turno suo faciendo statim in principio convenire faciat coram
eo omnes totius comoti et eos iurare faciat quod verum presen
tabunt ·xii· iuratoribus vel pluribus per ipsum electis et nihil
verum celabunt vel aliquod falsum dicent de hiis de qui
bus ab eis inquiretur ex parte domini Regis et sacro. Exponan
tur eis capitula subscripta et iniungatur eis quod de
singulis veritatem diligenter inquirant et eos quos inve
nerint qui ob eorum maleficium vitam amittere debeant
vel membra, eorum nomina in secretis vicecomiti intiment, ne
forte huiusmodi indictati si presentes essent in turno aufugerent
si in publico indictarentur. De ceteris autem pactis huiusmodi
poterunt palam et publice respondere et eodem sum

reddere et tunc dicat eis quod ipsi secreto videant et diligenter
attendant et inquirant de hiis que eis sunt iniuncta. Et cum cer
ciorati fuerint redeant et veredictum suum reddant et presentata
coram eo inquisicione et recognicione admittendo non querat occa
siones ipsis presentantibus nec capiat ab eis fines pro eo quod
non concelaverint. Recepto autem veredicto seu presentacione presenta
tum vel statim vel quam cito poterit indictatos de malefi
ciis quorum pena est mors vel amissio membrorum capiat
et in prisona detineat vel per plegios sufficientes dimittat
et de ceteris articulis et capitulis secundum quod inquisierit fia
tum fiat correctio et debita execucio in omnibus et singulis supra
dictis. Ballivi autem comotorum similiter teneant comotos su
os et iusticiam faciant et exerceant inter litigantes.

Provisum est quod in qualibet comitatu Wallie sint corona
tores ad minus per breve regium in pleno comitatu electus et coram vicecomite
ibidem faciat sacramentum quod erit fidelis domino regi et quod fideli
ter faciet et exequetur omnia que ad officium coronatoris pertinent. Erit
enim officium eius quod statim postquam ab aliquo requisitus fuerit ve
niendi ad videndum mortuum interfectum per feloniam vel sub
mersum aut quocumque alio modo mortuum per infortunium et
ad videndum hominem enormiter vulneratum de cuius vita despe
ratur quod statim mandabit vicecomiti vel ballivo comoti quod ve
nire faciat quod venire faciat coram eo certis die et loco xii.
annorum et vicinos de villa illa in quo casus contigit et de
quatuor villatis propinquioribus et quod per eorum sacramentum fidelitatis cau
te et secrete ad diligenter inquirendum de felonia de fe
lonibus et eorum catallis similiter de facto et de modo facti vi
delicet quis fuit culpabilis de facto qui de vi et cuiusmodi
vi quis de precepto seu missione quis et de receptamento
post factum et de catallis eorum qui per inquisicionem inde culpa
biles inventi fuerint. Inquirat etiam quis invenit primo in
ventum et nomen eius irrotulet et attachiet per plegios quorum

nomina inculpatorum veniendi ad proximum comitatum et coram Justiciariis
in adventu suo. et facta inquisitione illa: eam statim distinc-
te et aperte irrotulari faciat · una cum nominibus eorundem qui
inventi fuerint culpabiles et eorum catallis. et quod nomina
eorum scripta vicecomiti si presens fuerit vel ballivo commoti secrete
liberabit precipiendo ex parte domini Regis quod corpora eorum statim
capiantur et in prisona domini Regis salvo custodiantur donec inde
fuerit recto in comitatu domini Regis. Et quod catalla eorundem fi-
deliter appreciari faciat et tam catalla particulariter quam precium eorun-
dem in rotulo suo ponet et catalla illa per visum vicecomitis vel
ballivi et aliorum fidelium domini Regis qui interfuerint singulis vil-
latis in quibus catalla predictorum inventa fuerint integre libe-
rari faciat. et in adventu Justiciariorum domino Regi fideliter inde respon-
deant. Coronator eciam cum fecerit inquisitionem super mortuo
inquiret de Walleschiriam scilicet pentelam interfecti et si quis
ex parte patris et alius ex parte matris apparuerit dicentes
quod erat ex pentela interfecti et hoc per fideles Regis presentes
testificatum fuerit nomina eorum in rotulo suo statim inrotu-
lari faciat. Si autem nullus de pentela comparet et inrotulet
similiter in rotulo suo quod nullus comparet ut Justiciarii in adven-
tu suo evidenciam facere possint quod in hac parte fuerit faciendum.
Coronator eciam diligenter inquirat causam infortunii et
modum et secundum quod invenerit per inquisitionem distincte in-
rotulari faciat. Inquirat eciam de inventore et nomen eius inro-
tulari faciat ut supra. Preterea cum latro vel homicida
seu alius malefactor fugerit ad ecclesiam Coronator quam cito
sibi inde constiterit mandet Ballivo domini Regis illius commoti
quod certo die venire faciat coram eo probos et legales homines de
commoto illo et in presencia eorum facta recognitione felonie fieri faciat
abiuracionem hoc modo quod felo ducatur ad portam ecclesie et as-
signetur ei portus per Coronatorem et exinde abiuret regnum et
secundum quod assignabitur ei portus propinquus vel remotus prefigatur

dominium exigendi regimen predictum. Ita quod in eundo consuetus passus illi desiderans quandam curtem in manu sua non declinet a via regali ullo modo sive a dextris nec a sinistris set semper eam teneat quousque regimen exigit.

Placita quedam solent terminari per assisam quedam per iuratas vel inquisitiones per assisam. Cum quis fuerit seisitus de libero tenemento et postea fuerit inde disseisitus et petat seisinam sibi restitui, Provisum est in hoc casu breve nove disseisine. Et similiter cum quis fuerit disseisitus de communa pasture sue pertinente ad liberum tenementum suum, provisum est breve nove disseisine in hac forma.

Rex vic' Anglesey salutem. Questus est nobis A. quod B. iniuste et sine iudicio disseisivit eum de libero tenemento suo in N. vel sic: disseisivit eum de communa pasture sue in N. que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia post pacem nostram in Wallia proclamatam anno regni nostri undecimo. Et sic tibi precipimus etc. ut in brevi nove disseisine in Registro Cancellarie. In quibus placitis sic est procedendum. Primo receptis a conquerente duobus duobus plegiis de prosequendo vicecomes faciat eligere xii liberos et legales homines de visneto illo ubi tenementum vel pastura existit et faciat eos videre tenementum et similiter pasturam et attachiente disseisitorem secundum tenorem brevis. Et cum partes et assisa venerint coram iusticiario queratur a conquerente de quolibet tenemento vel de qua communa pasture queritur se disseisiri et secundum eius querimoniam et responsionem partis adverse procedatur ad captionem assise nisi disseisitor aliquid sciat dicere quare assisam debeat remanere. Et si assisa fuerit pro conquerente recuperet querens seisinam suam simul cum dampnis taxatis per assisam ipsius disseisitoris et disseisitor remaneat in misericordia domini Regis vel committatur gaole redimendus si disseisina facta fuit cum vi armata.

Fiunt quedam alia que per assisam solent terminari videlicet de stagno levato vel prostrato exaltato vel depressato de fossato levato vel prostrato, sepe levata vel prostrata de via obstructa vel artata de cursu aque deviso in tali villa

ad nocumentum liberi ten' sui in eadem villa vel in alia post pace
&c. Et in eisdem procedend' est sic in assis' nove disseis' Et in
placitis supradictis nullum iaceat essoniu' seu dilatio sed prima die pro
cedat' ad iusticiam faciendam. Quedam breve dominari p'
assisam ut cum quis petat ten' unde antecessor suus obiit
seis' in dominico suo ut de feodo videlicet pater vel mater frater vel
soror avunculus vel amita in quo casu provisum est breve mor
tis antecessoris in forma inferius scripta. Aliquando
contingit q'd antecessor petentis non obiit seisit' de ten' pe
tito set fuit seis' die quo habitum religionis suscepit
vel die quo iter peregrinacionis arripuit in quo itinere obiit.
In isto brevi sic est procedend' primo inveniat pleg' de pros'
et electa assisa et visu facto a recognitoribus summoneat' tenens p'
duos probos et leg' summ' q'd sit coram iustic' ad certum di
em et contineat summonicio spacium xv dierum ad minus ad
quem diem si venerit procedat iustic' in officio suo exequen
do. Et si ad diem illum non venerit puniat' p' defalta sua
secundum quod continet' in lege Walensica scilicet p' tres
vaccas vel p' precium earum et resummoneat' p' alios duos summ'
summonicione similiter continente spacium xv dierum sic p'
dictum est ad quem diem sive venerit sive non procedat
iustic' ad officium suum faciend' nisi fecerit se essoniare de
ultra mare et tunc dabit' ei spacium xl dierum ut possit venire
&c et sic caveat sibi qui se sic essoniaverit quia
si reperiatur infra quatuor maria tempore hoc contingente p'
bona' probacionem vel p' bona' inquisicionem puniet' tanquam p' defal
ta primo p' misericordiam secundum quod continetur in lege Walensica
et perdet' eciam aliquid dicendi contra assisam nisi vocari
possit ad Warantum. Et sciend' q'd in brevi mortis antecessor'
nec in alio brevi de placito terre iacet aliquod essoniu' nisi
tantum essoniu' de ultra mare et hoc antequam tenens vel de
fensor appareat in curia et essoniu' de servicio domini Regis quod

iacet in eo loco petiti cum terra illud warantizare voluit. Si ca-
veat sibi quod se ipso non faciat essoniare de Iudicio domini Regis quia
si deficiat de waranto Regis puniatur pro defaltis per misericordiam
domino Regi dandam secundum legem Walensicam et vers' premadh-
sam de expensis sibi refundendis de illa iacentia secundum discretio-
nem Justic'. ¶ In placitis mortis antecessoris sic est procedendum. Lecto primo
brevi in quo continetur petitio petentis querat a defensore si
quid sciat dicere quare assisa debeat remanere. quod si
nesciat: capiat Justic' assisam per iuratores qui melius sciant
veritatem secundum formam brevis. Et si assisa transeat pro petente
adiudicetur petenti seisina cum dampnis taxatis per iuratores et
defensor remaneat in misericordia Regis. ¶ Contra quid potest dicere
defensor contra assisam. potest eum vocare ad warantum et tunc ex-
pectandus est adventus waranti. quem Justic' faciat venire primo
per summonitionem simplicem et si necesse sit per resummonitionem sicut predictum est de
principali defensore et pro defalta puniatur sicut predictum est post
resummonitionem si non venerit nec se essoniaverit procedat assisa versus
eum per defaltam. et si assisa transeat pro petente adiudicetur
petenti seisina vel petitio et defensor habeat de terra waranti ad
valenciam. Si vero warantus venerit et petat sibi ostendi per
quod debeat warantizare. oportet quod vocator ostendat car-
tam que faciat mencionem de warantia vel de dono facto a wa-
ranto vel antecessore suo cuius heres ipse est in quo fiat mencio quod
de feoffatore et eius heredibus tenere debeat. vel quod ostendat
quod warantus sit receptus de homagio suo pro tenemento petito quod
petat inquiri si dedicatur per eos in quorum presentia dicet rece-
cisse homagium simul cum aliis liberis et legalibus hominibus iuratis
vel quod teneat tenementum illud in escambium pro alio tenemento. Et per ista po-
test defensor ducere warantum suum ad warantizandum et waran-
tus remanebit in misericordia quod dedixerit warantizare et nichominus
considerabitur quod warantizet et respondeat ad assisam
si voluerit. Contra alia potest defensor dicere contra assisam videlicet
quod antecessor de cuius morte etc. commisit feloniam pro qua fuit

suspensus decollatus vel tanquam publicus latro fugitivus et hiis non paruerit decapitatus vel si confessus fuerit feloniam coram Coronatore et abjuraverit Walliam. Potest et deforciens obicere petenti bastardiam et tunc mandabitur episcopo loci quod rei veritate super hoc inquisita certificet inde capitalem Justiciarium Wallie. Et secundum quod Episcopus certificaverit procedatur ad judicium sine captione assise. Et si Episcopus mandaverit quod bastardus est precludatur ei via petendi. Et si mandaverit quod legitimus est et Justiciarius faciat venire deforciantem per summonitionem et si non venerit per summonitionem reservata Regi misericordia pro defalta post resummonitionem sive venerit sive non recuperabit petens demandam suam per testimonium Episcopi cujus testimonio non creditur in contrarium et deforcians remanebit in misericordia Regis. Multa alia possunt dici que difficile est scire omnia. Ut si antecessor de cujus morte assisa arramiata est fuit villanus et terram tenuit in villenagio vel quod tenuit ad voluntatem vel ad terminum vite vel annorum in quibus casibus assisa mortis antecessoris non jacet. Assise mortis antecessoris et nove disseisine non capiantur nisi in propriis comitatibus ne patria laboribus et expensis fatigetur. Sed per Justiciarios capiantur assise bis vel ter vel quater in anno. Modo dictum est in parte de placitis assisarum. Nunc dicendum de tenementis et immobilibus de quibus provisum est breve commune cujus forma talis est.

Rex Vic' salutem. Precipe A. quod juste et sine dilatione reddat B. unum mesuagium cum pertinentiis in Bangor quod predictus A. ei injuste deforciat ut dicit. Et nisi fecerit etc. Et tangit in aliquo jus et in aliquo possessionem et in eo brevi sic est procedendum. Primo inveniat plegios de prosequendo. Tunc fiat summonitio per bonos summonitores quod deforcians sit ad certum diem coram Justiciario ad quem si non venerit fiat alia summonitio ad alium diem et si ad secundum diem non venerit summoniatur tertia vice quod sit ad certum diem ad quem si non venerit nec se essoniaverit fiet adjudicatio seisine petenti pro defalta et deforcians remanebit in misericordia Regis reservata nichilominus misericordia Regis pro qualibet defalta ut predictum est. Cum vero deforcians comparuerit quia per verba brevis non potest sciri petitio petentis eo quod multe et quasi infinite sunt species petendi

cessitatem ille habet qui petit quod narret versus deforciantem et ex-
primat racionem peticionis sue et hoc per verba certa contingencia
sine calumpnia verborum non observata illa dura consuetudine qui
cadit a sillaba cadit a tota causa. De vocibus petentis quales
sint et esse debeant expedit quod aliquid sub brevitate dicatur.
Multociens habet petens ius pro hoc quod antecessor eius tenuit
terram et fuit inde seisitus ut de iure et de feodo et tunc neces-
se habet petens narrare descensum per gradus descendendo ad ipsum.
Contingit etiam aliquando quod aliquis dimittat terram ad ter-
minum vite vel annorum post quem terminum ad ipsum vel ad heredes suos
terra reverti debet vel terra debet reverti post mortem mulie-
ris tenentis in dotem vel tanquam escheata post mortem
tenentis sui bastardi quia alium non potest habere heredem nisi de
corpore suo legitime procreatum vel post mortem felonis vel quia
terra debet remanere alicui post mortem alterius per formam do-
nacionis. In istis casibus et similibus exprimat petens peticionem su-
am secundum casum suum. Et in omnibus istis et consimilibus respondendum est
breviter praedicto et audita narracione petentis habeat tenens visum
terre si petat et dentur dies inspectionis quem fiat visus et
ad diem illum potest deffendere vocare ad warantum si voluerit
et tunc procedendum est ulterius sicut dictum est in assisis mor-
tis antecessoris vel potest defendere excipere contra petentem quod ante-
cessor suus cuius seisinam petit vel aliquis in descendendo
fuit bastardus ita quod ab ipso vel per medium ipsum nichil
potest ei descendere audiatur vel ostendat cartam antecessoris sui de
feoffamento vel alicuius in descendendo de quieta clamancia.
Per unius affirmacionem et alterius negacionem descendatur ad le-
galem inquisicionem et per veredictum inquisicionis terminetur placitum quia
placita de terris in Wallia non debent terminari per duellum neque per mag-
nam assisam. Eodem modo si excipiat quod antecessor vel ali-
quis in descendendo commisit feloniam per quod non competat
sibi accio in quo casu si ille cui hoc opponitur neget potius
habet negacionem terminari per veredictum patrie vel per inquisicionem.

patrie de suspensione et decapitatione etc. per record' corona
tor' de utlagaria et abiuratione. et sic erit in omnibus casibus de
coron' procedend'. De rebus mobilibus et de debitis seu catall' in
iniuste detentis. Si debita vel catalla non attingunt summam
xl. sol. fiat breve placitand' in com' et non coram Justic'.
Et si excedit solid' vel catalla summam xl. s. excedentia petan
tur per breve coram Justic'. In quo sic est procedend'. primo
inventis pleg' de pros'. summoneatur debitor quod sit coram
Justic' ad certum diem. quo die si non venerit. iterum
summoneatur. et si ad secundum non venerit nec se essoniaverit.
adiudicetur petenti debitum per defaltam cum dampnis per dis
cretionem Justic'. vel per inquisitionem patrie pro voluntate
Justic'. et debitor remaneat in misericordia Regis. Si autem
debitor venerit narret tunc actor exprimendo petitionem et rationem
sue petitionis super quibuscumque contractibus. et super omnibus habeat
necesse producere sectam vel cartam obligatoriam vel talliam
ostendere. Et si debitor debitum recognoscat adiudicetur
et levetur de terris et catall' etc. Si neget debitum et pro
feratur contra eum obligatio sua. oportet scriptum verificari
per testes in eo nominatos si sint superstites simul cum pa
tria. et si sint mortui. verificetur solummodo per patriam. Si
querens non habeat obligationem. sed tantummodo producat sectam
vel talliam. potest pars adversa se defendere. quod in nullo
debito ei tenetur. per legem suam per proprium sacramentum cum
xii. secum iuratoribus vel per patriam si voluerit. Et si de
bitor confiteatur se debitum illud aliquando debuisse et allegat
solutionem. tunc ostendat quietanciam de solutione vel potest que
rens defendere se per legem quod nichil recepit. vel per patriam
si voluerit. Et aliquando petuntur mobilia aliquando immobilia
per viam conventionis inite inter partes. que legi derogat.
In quo casu provisum est breve de conventione. et sic in eo
est procedend'. quod si reus ad secundum diem per secundam
summonitionem non venerit nec se essoniaverit audiatur petentis

& capiatur res petita si sit terra in manum domini Regis & si
fuerint catalla vel eorum valor capiantur similiter. & detur alius
dies & si interim .xv. dies replegiaverit premissa & ad diem sibi
datum venerit admittatur ad responsionem. Sin autem adiudicetur
petenti sua peticio cum dampnis taxatis & remanebit res
in manu Regis. ¶ Et sciendum quod per breve de convencione aliquid pe-
titur liberum tenementum ut in casu quo aliquis dimiserit terram ali-
cui reddendo inde quandam certam firmam apposita condicione
in scripto convencionis quod nisi ei fuerit satisfactum de firma li-
ceat ei terram quam dimisit ingredi & tenere. Si ille cui terra
illa fuit dimissa non satisfecerit de firma & ille dimissor non
habet potestatem secundum tenorem scripti sui ingredi terram quam
dimisit propter potenciam adversarii sui in hoc casu per breve de conven-
cione recuperare debet terram simul cum dampnis. Aliquando cum con-
venerit inter duos quod unus feoffabit alium de terra & ad certum
diem ei seisinam faciet qui primo modo transtulerit terram il-
lud in extraneam personam ipsam feoffando cum non possit illud
feoffamentum per priorem contractum ad effectum non deductum infir-
mari non potest in isto casu ei cui facta fuit iniuria per breve de con-
vencione subveniri nisi in hoc tantum ut satisfaciat ei de
dampnis in pecunia. & sic in casu competit accio petendi
terram per breve de convencione & in casu penam seu dampna si-
ne terra. Aliquando pervenitur in hiis contractibus ad inquisicionem faciendam
super facto negocii. Aliquando pervenitur ad cognicionem scriptorum in iudi-
cio placitorum & secundum illam cognicionem erit iudicandum. Tunc ne-
gabitur scriptum & tunc inquirendum est de confectione scriptorum per
testes in scriptis nominatos si fuerint simul in patria.

¶ De transgressionibus personalibus provisum est quod de transgressionibus ubi
de dampna non excedunt summam .xl. s. vel eam non attingunt
fiat breve placitandi in Comitatu vel placitentur sine brevi. De trans-
gressionibus que .xl. s. attingunt vel excedunt fiat breve pla-
citandi coram Justiciario Wallie & antequam Justiciarius audiat

·706·fo·

conquirentem iniret et quod accio sua excedit vel attingit valorem . xl. s.
et tunc secundum affirmacionem et negacionem parcium inquiratur veritas
et fiat iusticia partibus. Et quia aliquando contingit quod reus recu
sabit inquisicionem patrie in quo casu si actor transgressionem sibi
factam offerat verificare per patriam et reus patriam refutaverit
habeatur pro convicto et puniatur sicut si convictus esset per patriam
Et quia mulieres hactenus non consueverunt dotari in Wallia
Rex concedit quod dotentur. Duplex est dos mulieris
Una est assignacio tercie partis tocius terre que fuit viri
sui in tota vita sua. Super quo fiat breve de racionabili dote
In quo sic est procedendum quod partis summonicione et respon
sione testificatis si defendens non venerit ad secundum diem
nec esson miserit adiudicetur mulieri dos sua . scilicet tercia
pars etc. simul cum dampnis etc. Si vero venerit respon
deat sine visu terre petendo si sciat aliquid dicere quare
ipsam dotem habere non debeat et si nichil dicat recuperet muli
er ut supra. Si forte obiciat quod non debeat dotem habere eo
quod numquam fuit tali quem ipsa vocat virum suum legitimo ma
trimonio copulata et tunc mandabitur Episcopo quod super hoc in
quirat veritatem et inquisita veritate certificet Justiciario Wallie
et secundum certificacionem Episcopi procedatur ad iudicium. Sic si Episcopus
certificet quod non fuit eius legitima sponsa cadit ei causa habendi
dotem. Si certificet quod fuit eius legitima summoneatur
tenens quod sit ad certum diem audiendum iudicium suum ad quem
diem sive venerit tamen summoneatur quod sit ad alium di
em ad quem sive venerit sive non nullo esson alloca
to recuperabit mulier dotem suam et dampna . et tenens
in misericordia . Salva sit semper misericordia pro defaltis. Si vero obi
ciat quod non debet habere dotem eo quod vir suus die
quo eam desponsavit nec umquam postea tenuit terram unde
petit dotem in feodo ita ut eam inde dotare potuit
Hinc vel veritas solummodo per patriam est inquirenda

Et per veredictum patrie ad iudicium est procedendum. Si autem obiciatur quod vir suus commisit feloniam, tunc si constiterit de felonia dotem non recuperabit. Similiter si obiciatur quod vir suus amisit terram de qua petit dotem per iudicium, ut illa in qua mulier non tenuit, hoc convicto per recordum iusticiariorum si dicatur coram quibus terra illa fuit amissa, vel per patriam si in comitatu vel minori curia fuit amissa, preclusa erit sibi via de dote petenda.

Alia est dos quando filius dotat uxorem suam de voluntate patris sui, et eodem modo procedetur ut supra. Et si dedicatur dotacio facta in debita forma et consensus donacionis, et communiter probetur per patriam quod vir dotavit eam ad hostium ecclesie de terra patris sui et quod pater personaliter interfuit, vel per specialem nuncium ad hoc deputatum consensit illi donacioni, recuperabit mulier ut supra. In utroque tamen bene potest tenens vocare ad warantum per aliam curiam. Sed est differencia in isto casu de dote ubi vocatur ad warantum et in casibus superius ubi tenens petitur per preceptum et ubi terminatur modus procedendi in warancia, quia ibi petens semper recuperat versus petitum, et tenens de terra waranti ad valenciam; sed in casu de dote alio modo est, quod tenens tenebit in pace et mulier habebit de terra waranti ad valenciam dotis petite, dum tamen tenens habeat de terra viri sui ad valenciam unde hoc fieri possit, aliter eodem non.

De modo dotis aliter assignande nichil ad presens, quia aliter usitatum in Wallia quam in Anglia quo ad successionem hereditatis, eo quod hereditas partibilis est inter heredes masculos, et a tempore cuius non existit memoria partibilis extitit, Dominus Rex non vult quod consuetudo illa abrogetur. Et fiat particio inter heredes sicut fieri consuevit, hoc excepto quod bastardi non habeant decetero hereditates, et eciam non habeant proparties cum legitimis nec sine legitimis. Et si forte hereditas aliqua extunc per defectum heredis masculi descendat ad legitimas mulieres heredes ultimi antecessoris eius inde seisiti, volumus de gratia nostra

·70 A·10·

expedit quod eedem mulieres habeant porciones suas inde sibi in curia assignandas, licet hoc sit contra legem Walensicam antea usitatam. Et quia Walenses nobis supplicaverunt ut eis concederemus quod de rebus suis immobilibus, videlicet de terris et tenementis, inquiratur veritas per bonos et legales homines de visneto de consensu partium electos, et de mobilibus, sicut de debitis, fideiussoribus, et transgressoribus, et aliis huiusmodi uti possint lege Walensica qua uti consueverunt, videlicet quod posset intencio querentis probari per videntes et audientes. Cumque reus huiusmodi testes quorum testimonium recusari non posset probaverit intencionem suam, recuperaret rem petitam et condempnaretur pars adversa; et in aliis que non possent probari per videntes et audientes esset pars defendens ad purgacionem suam, aliquando cum pluribus, aliquando cum paucioribus, secundum qualitatem et quantitatem rei vel facti; et in furto si furtum inveniretur in manu, se purgare non posset set pro convicto haberetur. Nos pro communi pace et tranquillitate et quiete predicti populi nostri terre nostre Wallie premissa eis concedimus, ita tamen quod ea in furtis, latrociniis, homicidiis, incendiis, murdris et roberiis manifestis et notoriis locum non habeant, nec ad ea aliquatenus se extendant. In quibus volumus quod utantur legibus Anglicanis prout superius est expressum. Et ideo vobis mandamus quod premissa decetero in omnibus firmiter observetis. Ita tamen quod quotienscumque et quandocumque et ubicumque nobis placuerit possimus predicta statuta et eorum partes singulas declarare, interpretari, addere sive diminuere pro nostre libito voluntatis, et prout securitati nostre et terre nostre predicte viderimus expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Rothelanum die Dominica in media quadragesima anno regni nostri duodecimo.

Explicit statutum Wallie

Incipit Edictum de Kenillworth

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ad honorem et
gloriam omnipotentis et eterni Dei patris et filii et spiritus sancti glo-
riose et perfecte virginis et dei genetricis Marie omnium beatorum
quorum in terris et intercessionibus gloriamur sacrosancte catholice atque
apostolice Romane ecclesie que omnium mater est fidelium
gratia eciam patris et domini nostri Clementis ipsius universalis ecclesie sum-
mi pontificis ad honorem et bonum prosperum et pacificum statum
serenissimi principis domini H. regis Anglie illustris et totius reg-
ni et ecclesie Anglicane. W. Exon. W. Bathonie et Well. N.
Wygorn. R. et L. Menen. Episcopi. Gilbertus de Clare Glouc.
et Hereford Comes. Philippus Basset. Johannes de Balliolo. Ro-
bertus Walrand. Alanus la Zuche. Rogerus de Sumery et Warinus
de Bassingburne providendi super statum terre nominatim super foris-
facturis exheredatorum habentes a domino rege predicto et ab aliis baronibus con-
siliariis et proceribus regni Anglie plenariam potestatem secundum
formam scriptam in litteris publicis sigillis predictorum regis et aliorum
munitis. Ea quidem gratia divina favente providimus. que secundum
iuris et equitatis semitas deo beneplacito et paci regni proxi-
mius terminare nitimur in hac parte acceptantes personam nullius. Sed
habentes pre oculis solum deum. Ante omnia igitur tanquam in
conspectu dei omnia facientes et ex ordine capitis membris ap-
tissime providentes. Dicimus et providemus quod serenissimus princeps
H. rex Anglie illustris dominium suum auctoritatem et po-
testatem regiam plene optineat et libere exerceat sine
cuiusquam impedimento vel contradictione per quam contra iura
ac approbatas ac diu optentas regni leges et consuetudi-
nes regia dignitas offendatur atque ab universis et sin-
gulis maioribus et minoribus ipsius regni hominibus ipsi domino
regi et mandatis ac preceptis eius licitis plene obediatur et
humiliter intendatur. Et omnes et singuli per brevia ad curiam
domini regis iusticiam petant et de iusticia respondeant
sicut ante tempus huius turbationis fieri consueverunt

Rogamus autem ipsum dominum Regem et ipsius pietati cum reveren-
cia suademus ut tales ad iusticiam faciendam et reddendam prepo-
nat qui non sua set ea que dei et iusticie sunt querentes
subiectorum negocia secundum leges et consuetudines regni lauda-
biles recte tractando componant et ex hoc roboratam iusticiam red-
dant solium regie maiestatis. Rogamus pariter et suade-
mus eidem domino Regi ut libertates ecclesiasticas cartas liberta-
tum et foreste quas servare et custodire tenetur expresso
iura mento plene custodiat et observet. Provide-
at etiam dominus Rex quod concessiones quas fecit hac-
tenus spontaneus et non coactus observentur et alia necessa-
ria que per suos ex eius beneplacito sunt excogitata stabiliat. Eccle-
sia et Anglicana etiam plenis libertatibus et consuetudinibus
quas habuit et habere debuit ante tempus huiusmodi turba-
cionis plene restituatur et eisdem libere perfruatur. Dicimus
etiam et providemus ut prefatus dominus Rex omnibus et singulis qui ab
inicio presentis turbacionis regni et occasione ipsius usque ad hoc tem-
pus in ipsum vel in coronam regiam commiserunt iniuriam quamlibet
et offensam et qui ad pacem ipsius venerint infra xl dies
post publicacionem huius nostre provisionis omnino remittat et pari-
ter quod nullo modo nulla ex causa vel occasione propter huiusmodi iniurias
perpetratas vel offensas in eosdem offensores ullam exerceat
ulcionem aut ipsis penam vite membri carceris vel exilii aut
condempnacionis inferat vel vindictam exceptis hiis qui in presen-
ti nostra provisione inferius continentur. Dicimus et provide-
mus quod omnia loca iura res et alia ad coronam regiam perti-
nencia ipsi corone et domino Regi restituantur per eos qui ea
detinent occupata nisi ostendant se illa per racionabile ga-
rantum ab ipso domino Rege vel a suis antecessoribus possidere.
Dicimus et providemus quod universa scripta obligaciones
et instrumenta que prefatus dominus Rex vel dominus Edwardus
eius primogenitus vel alii fideles fecerint seu exposuerint.

hactenus actione provisionum Oxon vel actione tractatoris in regno
factas ad instanciam quondam Simonis de Monte forti Com
Leycestr et suorum complicum admittere et cassare et processus inde
penitus revocare facta etiam dicti Simonis et complicum suorum per
iudicialia et dampnosa et contractus circa rebus immobilibus ab eis
factis dum essent in suo potentatu admittere et per nullis ha
bebant. Rogantes humiliter tam dominum legatum quam dominum Regem
ut ipse dominus legatus sub districtione ecclesiastica prorsus inhibe
at ne quondam Simon Com Leycestr a quoquam
pro sancto vel iusto aliquatenus reputetur cum in excommunicatione sit
defunctus sicut sancta tenet ecclesia et mirabilia de eo vana
vel fatua ab aliquibus relata nullius unquam labiis proferantur
et dominus Rex hec eadem sub temporali districtione velit dis
trictissime prohibere. Complicem rogamus et humiliter ve
nerabili patri nostro domino O. sancti Adriani diacono Cardinali
apostolice sedis legato ut tam domino Regi quam ipse expedire
cognoverit quam omnibus aliis maioribus et minoribus de regno
qui cartas iuratas minime observaverunt ad quas obser
vandas omnes per excommunicationem tam latam non observata sen
tenciam tenebantur beneficium absolutionis impendebat.
Rogamus et suademus quod nullus cuiuscumque conditionis existat de
cetero blada aut victualia quelibet vel alia quecumque bona sub
nomine mutui vel permissione preter colonis capiat sine li
centia eorum quorum res ipse seu bona existunt salvis regni
consuetudinibus approbatis. De Londoniensibus laudamus
et persuademus dominum Regem oramus et rogamus ut ipse provide
at per consilium suum de reformando statu Civitatis quo
ad terras reddendas domos et libertates ipsorum et hanc provisio
dicto fiat circa statum et negocio exheredatorum qui in misericordia domini
sunt provideant et ordinent quod exheredatio debet fieri
et alii quod non fiat exheredatio sed redemptio. Quando
dicitur quod eis debeat fieri exheredatio quod dicetur exheredatus

vita sine mutilacione membrorum, et exilio, et cum exheredacione, et hiis que
eis possint contingere per successionem, et tercia pars terre eorum,
alii quod terre dentur exheredatis. Quod inde dicunt, prudentes et dif-
finiunt quod redempcio debeat fieri, et incipientes guerram et
perseverantes in ea. Item violenter et malitiose detinentes Nor-
thamptonam contra Regem. Item expugnantes et bellantes Regem
apud Lewes. Item capti apud Kenelworth, qui venerunt de
prodicione Wynton vel alibi in bello fuerunt contra Regem quibus
Rex non remisit. Item bellantes apud Evesham. Item qui
fuerunt apud Chesterfeld. Item qui gratis voluntarie et non co-
acti miserunt servicia sua contra Regem vel filium eius. Item
Balli et ministri Comitis Leicestrie qui vicinos depredati sunt, et ho-
micidia et incendia et mala alia perpetrarunt, solvant quantum ter-
ra eorum valeat per quinque annos, et ipsi solvant redempcionem suam
et rehabeant terras suas. Ita quod si terra debeat vendi,
ille eam habeat, nisi qui eam tenet ex dono domini Regis, si
tantum velit dare quantum quilibet alius emens, et eisdem ter-
minis. Similiter si debeat ad firmam dari, ille sit propin-
quior qui eam ex dono domini Regis, si tantum velit dare quantum
quilibet alius pro ea ad firmam dare voluit et eisdem termi-
nis. Et si redimens terram satisfecerit pro tota terra [illegible] a
principio statim totam terram habeat. Et similiter satisfaciens
pro tercia parte, terciam partem habeat. Quod si ultimo termi-
no statuto redimens non satisfecerit, medietas terre rema-
nentis remaneat illis quibus terre collate sunt per Regem.
Alii dicunt quod due partes remaneant eis. Liberum autem
sit redimenti infra illum annum vendere totam vel partem
terre sue secundum formam vendicionis superius annotatam et
similiter ad firmam dare. Et si aliqui habeant nemora
et velint vendere ad redempcionem suam, ille qui tenet
terram ex dono domini Regis habeat fidelem suum qui re-
cipiat precium suum et exheredatus qui vendit silvam

habeat bonum de quo confidat, et ipsi domino receptores solvant in
conspectu Comitatus illos denarios quos receperint de nemore illius
quibus debet dari redemptio. Solutio huiusmodi redemptionis fiat
per tres annos ita dicunt, quidam alii infra duos annos. Illi
de Kenel' respondeant infra octo dies post publicationem dicti
si voluerint istam pacem observare. Alii dicunt infra tres dies
Alii sunt qui formam pacis si voluerint sunt in forma simili et ce-
De Comite Ferrariarum. Si ad hoc extendi potest dictum nostrum
quidam dicunt quod puniatur in octo annis alii dicunt in vii.
annis quantum valet terra eius. Milites armigeri qui fu-
erunt predones et cum principalibus predonibus in bellis et depre-
dationibus, si non habeant terras, habeant autem bona, solvant pro
redemptione sua medietatem bonorum suorum et inveniant fi-
dejussionem competentem quod pacem Regis et regni amodo serva-
bunt. Qui vero nichil habuerint, iurent et inveniant ad sancta
dei evangelia et inveniant fideiussionem competentem quod
pacem amodo servabunt, et subeant satisfactionem et peni-
tentiam secundum iudicium curie, exceptis bannitis, quibus so-
lus Rex remittere potest. Ceterum domini heredum infra eta-
tem solvant redemptionem pro eis eisdem terminis per tres
annos vel duos annos, quibus alii solverint, ita quod domini
terre habeant custodiam heredis cum maritagio usque ad le-
gitimam etatem heredum. Si autem domini terre noluerint re-
demptionem solvere, illi quibus date sint terre per dominum Regem
habeant custodias heredum cum maritagio suo sine disparaga-
tione usque ad legitimam etatem eorum, et tunc heredes solvant
redemptionem sicut alii solverint eis eisdem terminis.
Custodie autem que debentur domino Regi remaneant
illis quibus collate sunt per dominum Regem, et cum pervenerint ad
legitimam etatem solvant redemptionem eisdem terminis quibus
solverunt alii, et nulla fiat districtio ab hiis qui habent custodias.
Sin autem fiat iusticia contra eos secundum quod continetur in

Magna Carta. Omnes de Castro sint in eadem via et forma pa-
cis, exceptis Henrico de Hastinges et mutilatoribus domini nuncii
domini Regis qui sint in octo vel in septem annis vel in misericordia
domini Regis se ponant. Si quis ante bellum de Lewes ste-
tit cum Rege, post bellum et sit exheredatus, qui contra bo-
luit ad pacem Regis et eius auxilium implorare. Dicat Rex
voluntatem suam de illo per fidelem dominum suum. Custodia ab
hiis qui tenent vina non vendantur neque destruantur aliquo mo-
do nisi post dictum editum non observatum. Media tamen ad custo-
diam et restaurationem domorum habeant illi quibus terre collate
sunt per Regem, cum autem generaliter puniantur. Si quis sit de
quo timeatur quod velit guerram facere vel parare, provi-
deant domini legatus et Rex securitatem quam viderint. Ita
tamen quod contingat ipsum impedire a solone redemptionis
ipse hoc non exheredetur. Si quis non sit contentus ista provi-
sione subeat iudicium curie domini Regis infra festum Sancti
Hillarii. Extra regnum vero non existentes habeant inducias trans-
marinas secundum leges et consuetudines terre. Ita quod tene-
ant se in pace; alias non sint in forma pacis. Quia Rex
tenetur multis qui eum iuverunt et fideliter astiterunt
quibus de terris non providit, et quidam plus habent quam habere
debeant, provideat dominus Rex quod de redemptione facien-
da habundantes eos respiciat ne sit materia nove guerre.
Provideant domini legatus, Rex, Henricus de Alemannia quod Rex eli-
gant, alii dicunt quod duodecim qui diligenter et fideliter ista
exequantur et illa faciant dominus Rex et heredes sui firmiter ob-
servari et manutenere. Isti etiam inquirant et com-
pleant que a nobis sunt ordinata secundum estimationem que
iam facta sit, cum autem facient estimatores rationabiles
et veraces secundum quod Rex vel duodecim executores provi-
debunt. Firmarii qui fuerunt contra Regem careant firmis
suis, salvo iure dominorum suorum, quibus reddant censum

suum annum detinentes firmas et elapso termino revertantur ad
veros dominos. De castris edificatis per cartas domini Regis et con-
sensum eius sive consensu tamen exheredati. quidam dicunt
quod soluti debent emptis. dicitur quod post redempcionem so-
lutam domino cum annorum solvat dominus terre infra sex
annos custum quod ponebatur ante publicacionem dicti per consen-
sum Regis vel racionabile escambium terre. Laici parti-
tes manifeste negocia Comitis Leyc' et complicum suorum attinen-
do predicti Regis et filii sui puniantur. quidam dicunt quantum va-
let terra eorum per tres annos. quidam [quantum valet] per duos annos.
Coacti vel metu ducti qui non venerunt ad bella nec pug-
naverunt nec malum fecerunt. Impotentes qui coacti vel me-
tu coacti miserunt homines suos contra Regem vel eius filium.
Coacti vel metu ducti qui fuerunt depredatores et cum princi-
palibus predonibus depredaciones fecerunt et quando commode potue-
runt a depredacionibus cessarunt et ad domos suas redierunt
existentes in pace. moderate redimantur isti tres. quidam
dicunt quantum valent terre et bona eorum infra duos annos.
alii dicunt quantum valent terre et bona eorum infra unum
annum. Emptores seu venditores rerum alienarum valorem bonorum que
emerunt restituant et in misericordia Regis sint qui contra inhibici-
onem fuerunt et quia Rex inhibuit iam dimidio anno elap-
